


AB

W5212

Tom. 26.
27.
28.

00 Silber

L1100 Ha.



113,
L.O. ~~29~~, 4.

MERCURII GALLO-BELGICI
M. GOTHARDO ARTHUSIO Suc-
CENTURIATI,

Sive

RERVM IN

GALLIA ET BELGIO PO-

TISSIMUM, HISPANIA QUOQUE,

ITALIA, ANGLIA, GERMANIA, UNGARIA,

Silesia, vicinisq; locis, à nundinis Francofurtensibus ver-
nalibus anni 1647. usq; ad autumnales anni ejusdem
potissimum gestarum;

HISTORICÆ NARRATIONIS

continuatæ,

TOMI VIGESIMI SEXTI

LIBER TERTIUS,

Auctore

JOANNE GEORGIO SCHLEDERO, Ratisponensi.

Cum S. Cas. Majest. Privilegio Speciali.



FRANCOFURTI,

Sumptibus & typis Hæredum Sigismundi Latomii, Anno 1647.

ANNO DOMINI 1658

IN VITIS

IN VITIS

IN VITIS





MERCVRII GALLO-
BELGICI M. GOTHAR-
DO ARTHUSIO SUC-
CENTURIATI,

TOMI XXVI. LIBER III.

EORUM, QUAE à NUNDT-
nis Francofurtensibus vernalibus anni 1647.
usq; ad autumnales anni ejusdem memo-
ratu digna passim acciderunt,
narrationem conti-
nens.



Ratum tibi fore, benevole le. Martius
etor, non dubitamus, si de Anno
armistitio, interregna, Gal-
liae Sueciae, & Electores,
Bavaricum & Coloniensem,

14. Martii Ulmae concluso, & utrinque
comprobato, primum statim initium fa-
ciamus: Praecedente enim libro secundo,
pag. 150. & seqq. partem ejus retulimus;
inde fieri vix potest, quin ii, qui id penitus
perspexerunt, & varia haecenus variorum
ingeniorum judicia audiverunt, non ali-
quo amplioris & melioris informationis

1647.
Articuli
armistitij,
interregna
Gallia Sue-
ciae, & Ec-
lectores;
Bavaricū
& Coloniē-
sem; conti-
nati.

A 2 Acti-

Martius.
Anno
1647.

desiderio teneantur, quibusnam videlicet capitibus pactæ illæ induciæ innitantur, quive eorum vel sensus vel tenor fuerit. Cùm ergò de illo ipso non solùm typis excusa, sed etiam calamo exarata, diversa documenta ad manus nostras pervenerint, quæ rei certitudinem citra dubium explanabunt, jusque fasque duximus, ut in gratiam tuam, cum circumstantiis suis, superaddamus, & ita filum orationis nostræ, quod proximè abruptum fuit, jam iterum connectamus, quod sequenti se habet modo.

Capita armistitij, inter Suecicos & Bavarios constituti.

I. Ex hac statim die, donec pax per Germaniam reducta fuerit, omnes hostilitates inter Suecia Gallicæ regna, & Electores, Bavaricum & Coloniensem, finem capiant: cum primis autem Dux Bavariæ arma sua à Cæsarea Majestate illicò abducat, Eique in militaribus, & quæ bellum concernunt, nec clam, nec palam, suppesias ferat. II. Illustrissimo Electori Bavariæ, ad sustentandum exercitum, conceditur totus Circulus Bavaricus, cum superiori Palatinatu, iisque, quæ cis Rhenum in inferiori Palatinatu adhuc possidet: quæ pro contributione ac dispositione sua, quousque pax redeat, libera obtineat. Cui præterea Episcopatus Eichstatensis, donec Coronarum confœderatarum confirmatorie transmissæ fuerint,

erint, eodem sine addictus fuit : reservato ta- Martius.
 men transitu per superiorem Palatinatum. Anno
 Ducatus autem Bavariae ab omnibus copia- 1647.
 rum, tam profectioibus quam hospitatio-
 bus, in univrsam immunis & solutus esto.
 III. Elector Bavariae Corona Suecia Mem-
 mingam & Vberlingam; è diverso Corona
 Suecia Electori Bavariae Rainam, Donauver-
 dam, Wembdingiam & Mindelhemium ce-
 dat, tradatve. IV. Si utriusque Corona ra-
 tificatoria exhibita fuerit, Elector Bavaria o-
 mnia in Ducatu Würtenbergico communita
 loca, Domino territoriali restituito. V. Au-
 gusta Vindelicorum ab omni peregrino prae-
 sidio exempta, & neutralis sit, cautionemque
 praestet, quòd nec à Cesare, nec quovis alio, ul-
 lum militem receptura sit. VI. Electoris Ba-
 variae Celsitudo, partem copiarum suarum ex-
 auctoratura, ante dimissionem, confederato-
 rum regnorum Consilio Generali, utrum eo-
 rum proximius erit, significet, nec eas hostibus
 associet: siquidem regna confederata sibi reser-
 vant, pro Venetorum Republica (solummodò
 tamen contra Turcas.) quasdam legiones ex-
 pedire. VII. Ad exscindenda omnia dissidij
 semina non liceat, ut vel Officiarij, vel gregarij
 utrarumvis partium, absque salvo conductu,
 specialiter in id concepto, inter se conveniant.
 IIX. Quod si facinorosi aut desertores militia,

Martius.
Anno
1647.

à parte ad partem defecerint, nusquam tutum
eis suffugium sit, sed eo explorato remittuntur,
unde se subduxerunt. IX. Transgressionibus,
aliisque insolentiis inter privatos obtingenti-
bus, armistitium propterea violatum dici non
debet, sed criminis convictus à Commendatore
suo ad instantiam partis lesæ poena merita affi-
ciatur. X. Commercia libera sunt: Postea Ex-
cursores publici, ubi vis terrarum inviolabiles
habentur. XI. Captivi invicem relaxantur.
XII. Et quia Elector Coloniensis, eiusque
Coadjutor, sub hoc armistitio comprehensi
sunt, intra bimestre illud comprobant. XIII.
Si medio intercurrente tempore, armistitium
aliquod generale, vel pax universalis Osna-
brugis & Monasterij conclusa publicabitur,
particularis hæc Compositio nihil ei derogata
sed per omnia vigorem suum obtinet. XIV.
Singula hæc capitula, non antè valida habeantur,
quàm Corona Gallie data sit satisfactio.
XV. Ueberlinga civitas in exercitio religionis
Catholicæ ne perturbator. XVI. Elector Ba-
varia Neutralitatem Civitatis Ofenburgen-
sis, usque ad securitatem utriusque Coronæ ra-
tificatiorem, Et ita locum statui Bensfeldianum
cedat, quo factò, inde salvaguardiam accipit
sen autem Commendator partitionem detrecta-
bit, Bavarus nullam remoram iniiciat, si Coro-
na Suecicæ, vel per se solam, vel ad sciris in con-
sortium

sortium Gallis, locum occupandum aggredie-
 tur. XVII. Quod si prater spem Rati habi-
 tio utriusque regni denegabitur; paries in vi-
 cem loca sibi restituant, & utraque id reci-
 piat, quod ante initum contractum habuit,
 XIX. Si Elector Coloniensis, ejusque Co-
 adjutor, intra bimestre inducias non compro-
 baverint, etiam nullum inde fructum & emo-
 lumentum sentiant. Elector Bavariae autem
 in hoc concluso acquiescit. XIX. Si fortassis
 advena, sive extranei, qui Memmingae com-
 morantur, sive Ordinis sint Ecclesiastici sive
 Politici, cum suis emigraturi essent, iis nemo
 impedimentum obijciat. XX. Ad id testifi-
 candum, &c. super quibus omnibus, ut utrius-
 que Regiae Majestatis confirmatio, quinque
 mensium spatium, ex quo conclusum hoc perfe-
 ctum est, exhibeatur, Duci Bavariae promif-
 sum fuit. Ea propter Dominus Generalis Vi-
 carius Duglassius in Sueciam; Dominus Gen-
 Commissarius Trassius, adornato in Galliam
 itinere, rem omnem annuntiaverunt. Quae er-
 go eorum expeditio fuerit, id suo loco aperie-
 mus.

Offert jam sese Exercitus Caesarei in hy-
 berna per Bohemiam & Austriam distri-
 butio: & sciendum, Bohemiae vastiorem
 molem impositam fuisse. Nam in Circulo
 Pilsano Dn. Tribunus Pallavicinus, cum

Martius

Anno

1647.

Hyberna
exercitus
Caesarei.

A

4

legio-

Martius.
Anno
1647.

legione equitum ; Coloredus cum sua legione peditum, itemque Gen. excubiarum Præfectus Trauditschius, stationes occuparunt. In Circulo Prachinensi tribunus Contæus egit, cum legione peditum : Lanoyus cum legione equitum, unâ cum iis, qui rem annonariam dirigunt. In provincia Bechinensi, Dn. Tribunus Nechwingius, cum legione peditum ; Löwenstenius cum legione equitum, & Gen. rei armamentariæ Præfectus Fernemontius, cum ministerio suo, hospitia acceperunt. In Muldaviensi diœcesi, Dn. Tribunus Strafoldus, cum legione peditum. In Kauerzinensi, tribunus Wachenhemius cum legione peditum, & unus ex Dn. Generalibus, brumam penetrarunt. In Chislaviensi territorio, tribunus Lütichius, cum legione equitum, & tribunus Don-Felix, cum legione peditum, hyberna transegerunt. In Crudinensi tractu, Ladronius, cum legione dimacharum. In Königsgretiano, Ceilerus, cum 100. peditibus. In Bunzlaviensi, Miroius & Palfius cum Croatis suis. In Lytomericiensi regione, tribunus Samedo & Columbus, cū equitib. peditibusve suis. In Satziano districtu, Pasvenus & Columbus cum dimachis, una cum dimidia legione equitum, hyemem consumpsit; quibus
Schlag

Schlanente territorium allatum subsidia ^{Martius,}
 adjunctum fuit. Racconitii Chiliarcha Phi- ^{Anno}
 lippus sedem nactus cum legione equitum ^{1647.}
 at in provincia Racconitiana, dimachæ si-
 ve equestres sclopetarii Gallassiani, & Cra-
 tius tribunus cum legione equitum, statio-
 nes tenuerunt. Pragæ Wallenstenius: E-
 græ 400. equites: in Comitatu Glaziensi,
 600. pedites, hyemale domicilium presse-
 runt. Primaria Castrorum statio Budovisii
 designata fuit. Königseccius cum 15. le-
 gionibus equitum, caballis suis destitu-
 torum, Stiriam hybernatum profectus est.

Regnum Bohemiæ autem, quàm malè ^{Bohemorle}
 inde affectum fuerit, vel ex eo liquet, quod ^{gravis con-}
 Sazium, oppidaque alia, Camerariis Pra- ^{ditio.}
 gensibus referri iusserint, nisi morbo reme-
 dium adhibeatur, fore ut claves tradant, &
 loca deserta relinquunt. Ne autem hæc ca-
 lamitas sola fuerit, præter Herculeas hy-
 bernorum molestias, insuper etiam Pragæ
 23. Martii per cursorem mandata evulgata
 sunt, ut quisque, cujuscunque conditionis
 sit, magistratui suo se sistat, & indicet, quæ
 sit facultatum suarum substantia, atque in-
 dè extemplò decimam pendat, exolutum
 indè militibus stipendia.

Gravis quoque & penè eadem Austriam ^{Pars exor-}
 inferiorem conditio incessit. Isthic enim ^{citus Cas-}
 A S ^{Ordi-} rei in ^{...}

Martius.
Anno
1647.
Striam hy-
bernatum
amādatur.

Inducias
perfectis,
obsides
stantur.

Et Sueci in
Franconiam
movent.

Ordines novem legiones in hyberna recipere à Cæsare iussi sunt: et si autem nulli labori pepercerint, quò sese mole tanta exsolvere possent; omnibus tamen excusationibus Cæsaris voluntas potior fuit, & militem hospitia sua ingressum, tolerare eos oportuit. Hinc incolæ, qui ferendo oneri impares sese agnoscebant, pluribus locis, relictis acerbis penatibus, exulatum abiverunt. Interim malè milites in tota provincia agebant, ita ut continuis eorum excursionibus viæ, præsertim quæ Posonium ad aulam Cæsaris eundem erat, nunquam sine periculo fuerint. Induciis ergò, de quibus antea sermo fuit, ad finem perductis, tribunus Royerus, qui Augustam defendit, Gallis; & Electori Bavariæ à Gallis tribunus Fleckenstenius, in obsidem datus fuit. Postea Campi-Marescallus Wrangelius 18. Martii generalibus directoribus exercitûs, & legionum Ducibus, splendidum convivium Erbaci paravit, quo universum etiam senatum Ulmensem vocandum curavit, ex quo tres comparuerunt.

Ulmâ digressæ 22. Martii S. V. Suecorum copiæ, Franconiam tentarunt: Wrangelius enim aciem Svinfurtum versus dirigebat, ubi sciebat Cæsareanorum Generalem

ralem vigiliarum Magistrum, Comitem à **Martius.**
 Latron, cum 1500 militibus, excubias a- **Anno**
 gere. Isti huc ergò 3. Martii, 1. 2. 3. 4. & 5. **1647.**
 Aprilis phalanges suas præmisit, quæ in u-
 traque Mœni ripa volitantes, novum Cæ-
 sareanis negotium moverunt.

Schvvinfurto tentato Wrangelius Epi- **Vbi**
 scopatui Herbipollensi centum millia Im- **Schvvin-**
 perialium contribuenda imperavit. Ho- **furtum ob-**
 spitia quoq; pro 5. legionibus equestribus: **sisione cin-**
 & pro duabus pedestribus annonam dari **gunt.**
 petiit, cum 300. vehibus vini. Cum autem
 Episcopus per delegatos suos apud Dn.
 Wrangelium oneris sublevationem effla-
 gitasset, postea quoq; 2. & 2. Aprilis, circa
 meridiem ipse, provinciae suae salutem prospe-
 cturus Kizingam (quam pridie eius diei
 Dn. V Wrangelius cum statâ militiæ gene-
 rali ingressus, primariam ibi castrorum sta-
 tionem fixerat) iter fecisset, daturum sese
 60. Imperialium millia, 200 vini plaustra,
 116. modulos frumenti, 200. equos pro
 ducendis machinis, 200. pecudes bubulas
 & præterea quandiu obsidio Schvvinfur-
 tana duratura esset, annonam pro exercitu
 procuraturum obtulit: quapropter omnia
 Franconiae loca datis diplomatis fidei
 publicae, in protectionem suscepta, exerci-
 tus pronò Moeno deorsum abductus:
 prin-

Aprilis.
Anno
1647.

principale diversorium in Nidervverra, dimidiâ hora Schvvinfurto distita, designatum: tum etiam trans-Mœnanæ Ecclesiæ Evangelicis Kizingensibus restitutæ fuerunt, quod oppidum, quia totus exercitus cum machinis pontem pertransierat, non parum attritum fuit. Quadriduum VVrangelijs Kizingæ commoratus, Lunæ 5. 15. Aprilis Schvvanfeldium movit: 7. 17. Schvvinfurto se conspiciendum dedit. Prædie eius diei, accedente decima, totus quoque exercitus, enormi machinarû & morteriorum numero secutus, latere occidentali ad leprosorium; boreali apud montem patibularem civitati se applicuit. Protribunus ergò Kônigseccianus Capello, parte suorum equitum, sub leprotorio levem aliquam cum suecicis velitationem inchoans suis pugnandi copiam fecit. Vespera illa ex monte furcarum, quinq; machinarum iactus contra civitatem facti: per noctem tres colliculi, dispositum in iis tormenta, excitati, postero deinde die, 7. 17. huius, ex dimidiatis muralibus, aliisque 212. iactus in mœnia detonuere, ex quibus civis unus, & tres equites periêre, multaque ex altioribus ædificiis, globis perforata: Subsecuta nocte tres alii aggeres congesti: 8. 18. iterum 330. ictibus muri quas-

Quassati : Suecis effodiendis interea curri- Aprilis
 culis ita negotium promoventibus, ut 9. Anno
 19. in proximo superioris portæ & adstru- 1647
 ctæ munitionis fuerint: quo die rursus
 130. tam globi machinales, quàm pilæ flā-
 miserę, eiaculati. Ad 10. 20. Aprilis, an-
 te meridiem, iterum diversis tormentis
 mœnia pulsata: at post meridiem ex omni-
 bus undiquaque locis, Iovis quasi fulmen
 æmulari vidisses. Interea, turmæ quædam
 equitum Suecicorum, apud leproforium
 Mœnum traiecerunt, in quas obfessi eru-
 ptionem facientes, satis acriter conflixerunt,
 ut multi trucidati, multi quoq; capti fue-
 rint. Inter postremos erat etiam Dn. tri-
 bunus Petrus Anderionius, qui in urbem
 captivus abductus fuit. Intra 11. 21. &
 seqq. eiusdem, ducendis vineis & egeren-
 dis novis aggeribus, ita instabant, ut præsi-
 diarii tormentorum usu destituti, exteriori-
 bus munimentis excesserint. Atque id
 eò magis, quòd magni ponderis lapides,
 qui 50. libras exsuperabant, non tantum-
 modo in munitiones, verum etiam in ædi-
 ficia proiecti, & turres mœnium undiqua-
 que malè transverberatæ essent. Præterea
 Suecici nimbo pilarum ignivomarum ef-
 fulminantes, magnum, quod transpontem
 erat, munimentum summa vi oppugnatū,
 suæ

Aprilis.
Anno
1647.

suæ potestatis fecerunt; at ex minori lötica; à præsidii eiectione sunt: qui magno iterum numero egressi, Suecicorum 14. & plures neci dederunt, amissis ex suis 7. aut 8. inter quos Præfectus quidam excubiarum, legionis Ladronianæ, nomine Stolzingerus, Præfectus quoque alius excubiarum, legionis Garnerianæ, & aliquis vicarius fuit.

Postrema obsidionis die, 14. 24. Aprilis prima pomeridiana, iniecta quædam sphaera flammifera horreum Xenodochii tetegit; ex quo incenso stramine novum aliquod ædificium ducentos pedes longum bihorii spatio exustum. His motus Imperator Cæsarei præsidii, inclinante sole transactionem meditatus, sequente eam nocte composuit. A mandato is pro-tribuno aliquo petierat quidem, ut libera sibi abeundi facultas concederetur; sed eam non aliter, nisi pro arbitrio & discretione victoris dari posse, responsum: tandem tamen abitus ita permissus, ut cum suis proficisci liceat, at equites & pedites cum Officiariis relinquat, id quod factum, & Comes Ladronius 16. 26. April. hora octava, Egrâ conductus fuit. Septingenti equites, & inter eos, tres etiam phalanges voluntariæ, Suecica signa secuti fidelitatem iurarunt. Adertat etiam Königsecciana legio, itemque pedites

ditēs circiter 400. qui traditis octo vexillis ^{Aprilis}
 equeſtribus, unoq; pedestri, Suecorum nō ^{Anno}
 minus dehinc militiam coluerunt. Ipſo ^{1647.}
 paſchatis feſto, 19. 29. Aprilis, Dn. V Vran-
 gelius, magno procerum militiae comitatu
 ſtipatus, urbem intravit, & re divina pera-
 cta, prandioq; finito, Curiam petiit: poſtea
 in ſummum caſtrorum diverſorium, quod
 Rainfeldiae habebat, ſecefſurus, ante ad re-
 parandam civitatem, vi muralium male
 devaſtatam, mandata ferebat, quod cente-
 nortum aliquot ruſticorum & militum la-
 bore ſtrenue proceſſit.

Exercitus Suecicus, devicta civitate, ad ^{Statius Ca-}
 pagum Rainfeldiam caſtra poſuit. Legio-^{ſtrēſis Her-}
 nes hinc illinc diviſae, aliquot dies quieti ^{bipoli hono-}
 dederunt. Veneris 23. Aprilis, 3. Maij 9. ^{riſice excu-}
 Georgii feſto, Wrangelius, Duglaſſius, A-^{pitur.}
 xelius Lilixus, & Comes, quem à capite le-
 onis Löwenhaupe, vocare ſolent, cum aliis
 quibuſdam legionum Ductoribus Herbi-
 polim proſecti, tribus ibi vehiculis penſili-
 bus introducti, & hoſpitiis in aula Princi-
 piſ honorati. Subſecuta Solis, arcem lu-
 ſtrarunt, inde in civitatem reduces, V Vran-
 gelius in ſphaerifterio Landgravium Haſſe
 pola exercuit: poſtea 27. Aprilis 7. Maij,
 quarta pomeridiana, data valedictione i-
 terſu 3, vehiculis educti ſunt, ipſo eos Prin-
 cipe

Aprilis
Anno
1647.

*Gesta Vi-
nariensis
exercitus
sub Proco-
mite Tou-
rennio.*

cipe extra civitatem concomitante. Ulteriora, & qua viâ Suecici relicta Franconia Bohemiam petierint, Egram corona obsidionali cincturi, mense Iunio admonebo.

Non minori felicitate usus & Vinariensis exercitus est. Postquam enim Gen. militiae eius Praefectus, Marecallus Tourennius, paucorum dierum intervallo, superiorem Archiepiscopatus Moguntinensis partem, excepto Asciburgio, quam praevia transactione deditam accepit, suae potestatis fecisset, Hannoviam & Francofurtum versustendens, Hochstam, quae Caesareo praesidio gravis, occupaturus, castra oppido ad movit. Mercurii .i. Aprilis, i. Maii, primo diluculo, congestis ibi aggerulis tormentariis civitatem sex muralibus effuictim conquassavit, idq; usq; ad 7. vespertinam, ubi praesidiarios, quorum 30. vel aliorum relatu, 200. sub Gen. vigiliarum Praefecti, Baronis à VVevelt, directione fuisse dicuntur, (qui non minus graviter effulminarunt) deditonem pacisci, & Suecicorum servitia subire oportuit. Praesidii Ephorus aliis quidem id conditionibus flagitaverat, sed Dn. Victor non aliter nisi pro arbitrio suo concedere voluit, in quo acquiescere eum oportuit. Princeps Tourennius oppidum subintrans, loci conditionem spectavit, praesi-

præfidiarios duabus domibus per excubi-
tores custoditi, & oppidum Gallico præsi-
dio obfirmari mandavit. Memoratus Ba-
ro à VVevelt ob diversas diversorum præ-
tensas actiones arresto detentus, Officiarii
autem pedem movere iussi sunt. Deinde
& ipse libertati redditus, exoluto lytro,
quod oblatiis quibusdam munusculis, usq;
ad 12000. Imperialium summam, depre-
catus fuerat, Francofurtum venit. Quò
& hoc pertinet, quod inter Electorem Mo-
guntinum, & Principem Tourennium, pæ-
ctiones (quæ eliberationem ab hospitibus
militatibus partis superioris provinciæ Ar-
chiepiscopalis, quæve deinde viâ, ratione
contributionis ex reliquis locis pendendæ
moderata aliqua cœquatio fieri possit,
concernebant.) intercesserint. Res autem
eò perducta fuit, ut Elector in Cæsaris de-
votione persistere voluerit: at ut omnis mi-
les Gallicus ex toto Archiepiscopatu de-
duceretur, quinquaginta florenorum mil-
lia se exoluturum promisit; ita tamen, ut
Hœchsta & Steinhemium 40. tantum vi-
rorum præsidium alerent: Gernshemium
autem destrueretur: & si Rex Galliarum ac-
quiesceret, Hœchsta & Steinhemium o-
mninò absque præsidio forent. Ast cum
qui Gernshemio defendendo præsidebat,

Aprilis &
Majus.
Anno
1647.

B

Pro-

Majus.
Anno
1647.

Protribunus Mandeslojus, conditionibus his accedere detrectaret, Galli Mœnum, ponte junctum, transgressi sunt. Equitatus usque ad ipsum locum petrexit; cum peditatu Tourennius Geraviæ in provincia Darmstatina substitit. Alioquin quidem Tourennius ad obsidendum oppidum necessarium apparatus confecerat; sed cum machinas admoturus esset, Rector præsidii certis articulis transactis abitum petiit. Inde Martis 4. 14. Maij, inter 8. & 9. vespertinam, cum commilitonibus suis, loco excedens Harmonium lapidem conductus, & recens congestæmunitiones & aggeres dejecti fuere; quod dum fieret, viginti aliquot dimachæ sive pedites equestres legionis Tourennianæ ante oppidum, exercitus autem in districtu Geraviensi substitit. Interea Darmstadii, & isthic locorum miserandus accolarum status: Landgravius enim Darmstatinus 2. legiones equitum in hospitia recipere, iisque de victu & alimentis prospicere debuit. Hæ vi in oppidum irrupentes, ut fertur, nonaginta milia Imperialium, ut sibi adnumerarentur, omnisque Landgravii miles suis servitiis ascriberetur, pro imperio mandarunt. Landgravius ergo suæ militiæ Vicario Ebersteinio facultatem detulit, transigendi
 & super

& super tributo & militibus, cum Turen-
 nio. Sed hoc procul habito, Gallicæ, tam
 intra quam extra oppidum consistentes le-
 giones, arcem occupant, & transactione,
 pro arbitrio extorta, eam præsidio onera-
 runt, Principis quidem filius, qui in loco e-
 rant; Rüsselshemium abire permissum, at
 præsidiarios, quorum 60. fuere, signis suis
 subjecerunt, Capitaneum Engelhardum
 & Holzapfelium arresto constrictos ma-
 nere oportuit, abductis, cum suis, duabus
 machinis ibidem repertis. Sed cum tantum
 argenti pondus, provincia, bello lassata,
 conquirere non posset: Loco solutionis
 Officiariis vinum, & id genus commercia
 delata; sed nec his numerum æquantibus,
 Campanas propemodum omnes, in uni-
 verso Principatu, nefando & detestando,
 Gallicæ levitatis & avaritiæ, necdum au-
 dito exemplo, provinciales Francofurtum
 vendendas avehere oportuit, exolutum
 inde Turenianis legionibus imperatum
 tributum.

Majus.

Anno

1647.

Germaniæ inferioris provinciæ Hispani-
 cæ, ut Serenissimi Austriae Archiducis Leo-
 poldi Wilhelmi moderationi commissa,
 & ut Serenitas Sua sese itineri expediverit,
 præcedente libro pag. 143. exposui. Sene-
 scente jam Martio, Archiducalis sua Sere-
 nitas,

Iter Belgicæ

Dn. Dn. Le-

opoldi Wil-

helmi Ar-

chiducis

Austriae

Etc.

B 2

nitas,

Aprilis
&
Majus.
Anno
1647.

nitas, concomitante Friderico Hassiæ Landgravio Darmstatino, cum 3. vel 400. tis equitibus Francofurtum pervenit, ubi hospitio ab Electore Moguntino excepta, horam & aliquantum amplius, immorata, illâ ipsa adhuc vespera Höchstam, quò vinum, avena, aliaque id genus victualia Francofurto transvecta fuerunt, festinavit. Ibi cum pernoctasset, postero die Coloniam iter profecta est. Tandem 11. Aprilis, septimâ vespertina Bruxellis eximia pompâ introitum egit. Ordines enim Belgici equitatu, mirandum in modum exornato, aliquot milliaria in ejus occursum egredi Serenitatem suam perquàm magnificè introduxerunt, horrifico ex omnibus machinis urbem circumsonante clangore: & cum reliqua temporis angustia fieri non potuerint, solùm adhuc variis ignium formis & generibus, artifices pyrobolarii operam præstabant. Quos secutus populus, succensis flammis, lætitiâ suam, novo Gubernatori cognoscendam exposuit, cui Serenitas sua sese eo majori pietate majorive cura commendabilem fecit.

Eiusq; devotio & cura.

Etenim Festum Divæ Deiparæ apud Augustinianos devotè celebravit; processioni cum multis Belgii primoribus piè interfuit, & gestato in manibus vexillo, in quo Virginis

ginis virginum effigies depicta stetit, sacra-
 mentum religiosè secuta est ; ubi simul
 prandio apud Augustinianos cōfecto, quò
 Serenitas sua die anteriori omnia cibaria
 ex aula asportanda curaverat, cum Consi-
 liariis bellicis, de rerum gerendarum mo-
 do, deliberationes habitæ. Hoc factò, 12.
 Maij, jussu Archiducalis suæ Serenitatis fe-
 stum votivum cum precibus institutum, o-
 ctiduum duraturum, & processio cum Sa-
 cramento decreta, cui denuò cum plurimis
 proceribus aulicis ipsa præstò fuit : in eum
 potissimum finem, ut felicitante Divino
 numine, pacificatio, quæ cum Batavis sub
 manibus erat, eò meliorem exitum sortire-
 tur, armaque Catholica contra Regem
 Galliaë fortunatiori Marte procederent.
 Perfuncta hac ipsorum rei Divinae ceremo-
 nia, Princeps Piccolominæus à meridie,
 diversis adscitis rei militaris magnatibus,
 in castra, quætum temporis sub imperio
 Comitis Buquoij circa Armentirium con-
 sistebant, profectus est. Ad suscipiendam
 autem hanc expeditionem aliquo ab hinc
 tempore, ex castello Antverpiensi, ut &
 ex Geldria, Ruremunda, Venlona, locisq;
 aliis, enormis apparatus, cum primis autem
 ingens copia pulveris, in Flandriam dedu-
 cta fuit.

Martius.
 Aprilis &
 Majus.
 Anno
 1647.

Majus.

Anno

1647.

Initium

bellandi ob-

sisione Ar-

mentirij.

Latè patentia ergò Gallorum arma, ut majori vi compescerentur, exercitum Illustrissimus Archidux Armentirio admovit. Est autem Armentirium civitas Flandriæ Gallicæ, trihorio Insulis, tantundem quoque Ypra, disita, ad Lisam fluvium ædificata: olim tenuis pagus, at circa annum Christi 132. muris & fossis circumdata, quatuor portas accepit. Incolæ ex lanificio plurimum vitam sustentant, indè opulentos mercatores & cives lautioris substantiæ habet. Sed Domini Galli eam sæpius graviter invisentes, in primis sub Carolo VI Gallia Rege, anno 1382. exspoliarunt; deinde sub Delphino (ita vocatur Primogenitus Regis, à Delphinatu Gallia provincia) magnam partem flammis exusserunt. Quod etiam anno 1477. factum. Anno 1509 Carolus V. Imp. Rom. gloriosus. m. civitatem privilegiis ornavit, & ad eam amplificandam, facultatem concessit. Antequam autem factum, Batavorum Geusii, 1556. locum denuò depopulati, in cineres redegerunt. Tandem proximo abhinc biennio 1645. mense Junio Galli eam suæ potestatis fecerunt, & exinde vicina Hispanorum præsidia, non solum magnis incommodis affligerunt; sed etiam mediante ea, castellum Cortracense, haud mediocri

Comi-

Comitatus Flandriæ detrimento, regi suo **Majus.**
 subiecerunt. Quocircà, cum jam serenif- **Anno**
 simi Archiducis Gelsitudo Leopoldus Wil- **1647.**
 helmus Austriacus, Cæsaris filius, Cæsaris
 frater, in Belgio adpulisset, omni procul
 mora, corruptus & miserabilis Flandriæ
 status, & subditorum desideria atque su-
 spira, ante oculos positi, ex quo conclu-
 sum eius potiundæ enatum. Ad id perfi-
 ciendum, præsidia ex hybernis Geldriensis
 provinciæ evocata, & quæ præterea belli
 necessitas flagitare visa, tam ferrum, quàm
 annona comparata.

Undecima Maii st. n. Dn. Gen. Maior
 Marchio de Carascena, 5000. militum In-
 sulas præteriens ad Armentirium se stitit:
 cum sequebantur 2000. Hispanici pedi-
 tes, & 300. equites, cum præsidiis ex Ca-
 meraco, Duaco, Buchaina, Orchieno,
 Quenovio, Bassea & Ariena eductis,
 quæ similiter 5000. numerum efficiebant.
 Hæc supra Insulas per Hambordinum, cū
 quibusdam machinis, transitum faciebant.
 Eodem die sequebatur etiam Dominus de
 Este, cum legionibus hybernis egressis, ex
 Dixmunda, Neoporto, Ostenda, Brugis &
 Mechlinia, qui itē didem 5000 æstimatus,
 quibus etiam præsidium ex Ypra accessit.
 Is altera Insularum parte viam carpens, ja-
 etus

Majus,
Anno
1647.

24

Mercurii Gallobelgice

Etus bombardarii intervallo, Armentirio legiones admovit. Hinc ad circumvallanda castra actutum aliquot millia rusticorum adducta, & præterfluens aqua, in latere, quo Ypram spectat, ubi munitior censetur, urbi vel erepta, vel interclusa fuit. Id dum fit, veniunt Cortracenses, & 400. milites præsidio Armentiriensi adjiciunt, ita ut 2000. virorum fuisse, plerique autemaverint. Interim 12. Maii Bruxellis jeiunia instituta, & dies precaria ordinata: 13. instante quarta Archidux Hallam prætergressus, Eigniam, Arthium, Dornacum & Insulas iter fecit: quo die etiam Princeps Lignæus, & Gen. Beckius, cum 4000. equitibus & 5000. peditum commilitio, nec non 23. machinis Insulas permearunt, ex quibus aliquot tormenta in castra deducta. Uno ab Armentirio milliari, Lunæ 13. Maii, inter 7. & 8. vesp. in pago Haupelin arx destructa, eoque loco Lisa ponte strata, & castrorum circumvallatio ad finem perducta. Postea 14. huius duo navigia, cum instrumentis rei pyrobolaria in servientibus, castris illata, & Capitaneus quidam, cum 160. militibus, prælio victus, ex quibus 40. captivi Meneniam abire iussi sunt. Die 15. Maii Hispani, qui ob continuas oppidanorum eruptiones potiore[m] laborem

tole

tolerarent, vineas suas, eorum interiori propugnaculo, quod Galli sua lingua Contr' Anno 1647. escarpe appellitant, adjecerunt. Omnis autem exercitus in castris Hispanicis in 4. regiones sive stationes sejungebatur; quarum primam Marchio de Carascena cum Hispanis, alteram Beckius cum Germanis, obtinebat: tertiam cum Belgis Princeps Ligneus; quartam tandem Dn. Stephanus de Gamara cum Italis possidebat, omni castrorum robore ad 22000. pertingente. Hispanis labor suus ex continuo imbrium profluxu, gravior reddebatur, & apparebat, esse in civitate (quæ 15 lunatis propugnaculis superbiens, hostibus se admirandam explicabat) maiorem prædiariorum vim & numerum, quam principio creditum fuerit. Eam enim defendebant, 800. Helvetii, 700. aliarum nationum milites, & 500. voluntarii, nobilesque Gallici, sub imperio præstantissimi Ducis, Marscalli du Blessis-Bellieure.

Subsequenti 16. & 17. Maii, oppidani atque id magna vehementia in Hispanos erumpentes non sine sanguine gravem pugnam cōserebant, quamvis Grobendonccium, Capitaneum Hispanicum, quem jam ceperant, iterum dimittere coacti fuerint. Medio tempore, obsidium summa vi duceba-

B

S

cur,

Majus.
Anno
1647.

tur, & civitas ex quatuor tormentorum collibus, quorum quilibet 10. machinas sufferebat, immani globorum grandine infestabatur: etsi nec oblessi hostibus percerint. Hi globorum inopia laborantes, rotundis saxis, plumbo obductis, vices eorum supplebant. Præsidium quidem (ut Antverpia, dato 14. Maii, perscriptum) liberum cum sarcinis & re tormentaria excessum petierat; at Hispanici certiores facti, quod præter ordinarium rei armamentariæ apparatus, viginti adhuc vel plures, eaque eximia formæ machinæ fulminales, quæ in novum castellum Cortracense abducendæ fuerant, in civitate adessent, aliis conditionibus abitum concedere non volebant, nisi queis ipsi Mardicciano præsidio permiserant.

Postquam ergo, ut ad priora redeam, obsessis, omnibus exterioribus munitionibus viduatis, spes futuræ liberationis nulla amplius relicta esset, certis capitulis deditiorem erogitarunt. Dominus Gassion quidem tentaverat, num aliqua ratione locum obsidioni eximere posset, quamobrem 13000. istuc progressus est; sed cum Hispanica castra ita confirmata cerneret, ut inutili successu rem geri oportuisset, proposito ces-

ro cessit: unde in sequentem capitulationem consentum est.

Majus,
Anno

647.

per modum
militaris
transactio-
nis.

I. *Universis presidariis, tam Officiariis, quam gregariis, tam Gallis, quam Helvetis, & præterea aliis quoque, qui proprie Regis Gallie arma sequuntur, vita salva & integra esto: eo tamen modo, ut universi cum bello capti, suscipi, & cum Hispanis, qui Mardicci, & aliis locis detenti fuere, permutari debeant. Ephoro præsidii, Domino du Blessis-Bellieure, Campi Marefcallo potestatem facimus, ut cum familia sua suisque impedimentis & curribus, ad quos etiam duob. Officiariis equestribus, quoscunque ipse elegerit, eundem cum illorum sarcinis & impedimentis loco emigrare, & ad Ducem Aurelianensem pergere possit, permutationem captivorum eo celerius procuratum.*

II. *Universis Officiariis, decurionibus, quæ equestribus quæ pedestribus, etiam aquiliferis, & locum tenentibus, facultas datur, abductis sarcinas suas quocunque ipsis libitum fuerit.* III.

Dn. de Bergete permittitur, ut cum suis 25. quos proprios habet, equis suisque impedimentis, adscitis quoque sarcinis & equis Domini de Bougy, libere abire possit. IV. Idem ab eundem modo Domino de Gambault, Supremo justitiæ & Finantiarum Directori, una cum affine suo, Domino Denies, permittitur: ita tamen, ut Dn. de Gambault antea, tam civitati Armen-
ciriensis.

Majus.
Anno
1647.

zurienſi, quàm aliis, provincia etiam, de pecunia, quam dùm adminiſtravit, mutuo, ore data fide, accepit, ſatisfactionem præſtet. V. Non minus etiam Commiſſario legionis Navarræ abeundi facultas conſeſſa eſto. VI. Egroti & vulnerati, officiarii & gregarii, navibus impoſiti Bethunam abducuntor: ſed qui navigiis uti non poterunt, iis de cibariis & medicamentis proſpiciatur, ea tamen conditione, ut eorum aliquis index fiat, qui aliorum inſtar in poſterum permutari queant. VII. Pollicetur Rector præſidij, iam ſtatim omnia exteriora munimenta, & luce craſtina, ex oriente ſtatim diluculo, civitatem præſatis conditionibus ceſſuram. VIII. Præſectus Præſidij illis quoq;, quibus Archiducalis ſua ſerenitas id in mandatis dabit, omnia vexilla, equeſtria & pedeſtria, tormenta cum ſuo comœatu, annonam quoq;, & equos, qui vel ad rem equeſtrem, vel armamentariam pertinet, tradito, nec quid vel retineto vel reticeto. IX. Tandem etiam omnibus officiarius & gregarius, cuius ſint cumq;, qualitatis, iniungitur, ut nomina, que apud cives contraxerunt, exſolvant: omnia ſub pœna inſirmande huius Capitulationis. Actum in caſtris ad Armentirium, 30. Maij, Anno 1647.

Subſcriptum.

Leopoldus Wilhelmus
V.G.B.C.A.

Exceſſus

Excedentibus Gallis, Serenissimi Do-
 mini Archiducis Celsitudo civitatem in-
 gressa, à Senatu & Clero magno gaudio ex-
 cepta, & in ædem Iesuitarum deducta, ibi-
 que hymnus DD. Ambrosii & Augustini
 decantatus fuit. Gallorum oppido abeun-
 tium, circiter duo millia erant, omnes bel-
 lo capti, & inter eos 800. Helvetii, nec non
 tres omnium Gallicanarum pugnacissimæ
 legiones, Reginae putà, Navarrea & Picar-
 dica, nucleus & reliquorum quasi compen-
 dium. 300. Nobilibus & voluntariis su-
 perbientes. In civitate inventa, 30. machi-
 næ aeneæ, cum magna commeatus tormen-
 tarii copia: sexies centena florenorum
 millia præsentis pecuniæ, ab Quæstore cō-
 tributionum, Domino Romboio, extorta:
 2. petorita, cum nobilioris nominis mulie-
 ribus, Cortracum profectura: 800. præ-
 stantis formæ equi, & 4. vel 500. dolia vi-
 no impleta, quæ omnia Cortracum mittere
 da fuerant. Quartâ porro Junii omnis cir-
 cumvallatio castrorum, & coacervationes
 aggerum ad solum iterum depressæ. Sexta
 ejusdem lustratus exercitus, & militibus
 stipēdium mensurum dinumeratum: Gal-
 lis interea circa Esterram & Bethunam, in
 castris, quæ ibi conjecerant, degentibus, &
 Hispa-

Junius.

Anno

1647.

Parrorum

in urbe comē

signatio.

Junius. Hispanicorum actiones vigili oculo intu-
Anno entibus.

1647. Simili eventu Comenii quoq; circum-
Deinde Co- lessio exiit. Est autem Comenium elegans
menium & munitum oppidum ad Lisam fluvium,
quoque ex- inter Meneniam & Warnetonum extru-
pugnat. ctum : cujus arcem Galli aliquo abhinc
 tempore s. lunatis propugnaculis, (quo-
 rum quodlibet peculiari sua munitione s.
 vulgò Contr'escarpe, utitur :) cum etiam
 infixis palis, & fossis circumcirca mirificè
 obdlexerant, atque ejus adminiculo Flan-
 driam, omnium Comitatum, quos spa-
 tiosus utriusque Germaniæ ambitus com-
 plectitur, & amplissimum & venustissi-
 mum, sub tributum coëgerant. Quo onere
 ut in posterum exsolveretur, Illustrissimi
 Archiducis Serenitas 3. Junij 5. legiones
 pedestres, ex Italis, Belgis & Britannis, sele-
 ctas, quibus aliquot phalanges equitum
 adjunctæ erant, istuc se in viam dare jussit,
 quas imperio rexit Dn Stephanus de Ga-
 rra. Hic Duci præsidii deditioem cum
 imperaret, id responsi accepit, se Hispanis
 nihil delaturum, nisi arma defensoria. Ideò
 à die Martis usque in diem Veneris castel-
 lum continuo assultu tormentorum qual-
 fatum. Eadem quoque die post meridiem
 diversæ pilæ igniariæ trajectæ. Circa II. no-
 ctis

Junius.
Anno
1647.

Etis Belgæ & Itali vineas suas usque ad interius obessorum propugnaculum, cui apud Gallos Contr'escarpe nomen inditum est, promovebant, & disruptis palis, diversos exteriores aggeres armata manu expugnabant. Die Saturni, ex recens congesto colle in statione castrorum Britannica denudè vi gravissima oppidum contusum, magnusque Vulcanus injectus; interceptus etiam aliquis Gallus, speculatum castra ingressus, qui omni procul habita gratiâ arborem suspendio ornavit. Nona Junij, etiam si Festum SS. Pentecostes fuerit, atamen oppidum ferro & flammis malè denudè diverberatum, omniaque exteriora munimenta in Hispanorum potestatem concesserunt, ita ut obfessi arrepta fuga in arcem se præcipitaverint. Decima eiusdem, ex aliquo aggere 4. machinis versum interiores munitiones displodebatur facta ruina mœnium, duorum virorum capaci. Ibitum Præses præfidiarius deditioem, conditionibus faciendam, offerebat, ut videlicet integris armis abeundi sibi potestas fieret, permissio etiam, ut status sui rationem Marefcallo de Gassion cognoscendam exponere posset. Quod utrunque denegatum; sed tantisper, dum vespera inclinaverit, continuis explosionibus castellum labefactum.

Junius,
Anno
1647.

benefactatum. Inde 11. Junii, cum præsidia-
rii viderent, quod aqua intercepta, quod
duplici hiatu mœnia patescerent, quod
fossæ dimidiam sui partem virgultorum fa-
scibus expletæ essent, victoris clementiæ
inclementiæve sese submiserunt. Dux ita-
que præsidii, filio suo pro obside relicto,
209. militum commilitio loco excessit, ceu
bello captus Ypram cum iis deducendus.
Quantum quidem ad nos pervenit, duran-
te obsidione ex parte Gallorum ultra 250.
neci dati; ex parte autem Hispanorum qui-
dam tribunus Hibernicus, cum aliquot Of-
ficiariis, & multis gregariis, pessum ivit.
Postea 15. huius, Duce Lotharingio cum
5000. sese cum Archiduce coniungente,
altera die castris ex agro Armentiriano pro-
motis, Basseam venerunt, tribus horis ver-
sus Artesiam gradu promoti. Galli, quo-
rum robur 14000. æstimabatur, intellecto
Hispanorum adventu, desertis ad Bethu-
nam castris suis, retrorsum cesserunt. In-
terea Marchio de Carascena, & Princeps
Lignæus, iis absentibus, dimidia exercitus
parte Bethunam aggressi, eam iam tor-
mentis torquebant. Sed præsidiariorum
virtute Hispanorum fervorem exsuperan-
te, relicto loco ad castra Archiducalia re-
meas

meant, quæ Serenissima sua Celsitudo
ad Lensium posuerat.

Junius.

Anno

1647.

Et Len-

sium.

Comeniensi autem præsidio multum di-
spares, qui Lensio defendendo impositi e-
rant. Nam illi homunciones vix 12. ho-
rulis tormentis divexati, deditioem defe-
rebant. Cum ergo Archidux animadver-
teret, quod Campi-Marescallus Gassion
præliandi occasionem subterfugeret, 20.
Junii Landresium (de qua fama ferebat,
quod non plures 300. alii 700. Galli loco
custodiendo invigilarent, cum tamen so-
lum exterioribus munitionibus 600. &
2000. civitati opus esse, Polemicorum non
fallax sententia sit) aliquot millia præmisit
visum, qua ratione oppidum occupandum;
quod ita feliciter successit, ut locus brevi
Hispanorum imperio subjectus fuerit, ut
in subsequenti narratione pluribus adno-
tabimus.

Referenda iam Domini Königsmarccii *Gesta Kö-
nigsmare-
ciana.*
expeditio est, & qua is via cum copiis suis
longè latèq; vagatus sit, quidve pro cōmo-
do Coronæ Sueciæ in Weitphalia pfeccerit.
De eo hoc sibi, habeat gratiofus lector, &
dum Dn. Gen. Locumtenens Königsmarc-
cius, oppido Kirchheina (de quo pagina
138. præcedentis libri dictum extat) ma-
chinis quassato, eoque in potestatem acto,

C

Caf

Aprilis.
Anno
1647.

Cassellas iter converterit, interea temporis diversos hospitiorum designatores Northusium, Mühlhusium & Heiligenstadium pervenisse, inscriptum ibi pro copiis suis istuc venturis diversoria. Cassellis ergò Dn. Königsmarccius in Episcopatum Halberstadiensem; hinc 2. 12. Aprilis Hildesheimium, inde in Archiepiscopatum Bremensem viam corripuit, dato in mandatis legionibus suis, ut 30. Aprilis in loco probatorio habendo armilustrio sese sistant; & procincti essent. Ipse Stadam festinavit, ulterius Hamburgum abiturus, ubi in nova quam dicunt, urbe domicilium in eius adventum conductum: quo tempore Sueci Boxtehudæ domum trabeatam, Germanis **Blochhaus** dictam, extruxerunt.

*Vechtram
occupat.*

Exercitū ad Mindam lustrato, atque omnibus qua Visurgistranseundis locis, eo quoq; quem Fegelaccum appellant, sub civitate Bremensi, ubi navium statio est, oculari inspectione transeussis, 2. 12. Maii circa vesperam Bremam ingressus, & altera deinde die Delmenhorstiam iter profectus cum equitatu, qui ad Wildeshusium ipsi obviam factus, rectè Vechtram petiit: quod castellum, utraque sui parte locis palustribus circumseptum, corona cinxit, & ne quid temporis periret, summo conatu ad-
ortus

ortus est: continuis quoque prædiariorū **Majus**
 eruptionibus finem impositurus; 4. 14. Anno
 Maii per noctem, munimentum interius **1647.**
 seu Contrescarpam, omni vi oppugnavit,
 ut, qui loco defendendo incubabant, re-
 pulsi, in vallum sese subduxerint; quos se-
 curi Sueci, (quibus alii in subsidium dati)
 simul cum Cæsareanis vallum obtinuerūt.
 Ponte autem perfractō, Sueci, qui iam val-
 lo insistebant; cum subsidiatoribus suis
 nullam ad se penetrandi facultatem fore
 viderent, deorsum se retraxerunt, qua oc-
 casione Dn. tribunus Brandeshagius, cum
 decem gregariis, in fossas decidens, fatum
 finit. Eius Maior genua globo trajectus
 & aliquis Locum-tenens, cum quibusdam
 gregariis Vechtā captivi abducti, & 50.
 vulnerati sunt. Quia ergo interea tempo-
 ris Königsmarccius magnam turrim, quæ
 Wildeshufii est, & aditum inter Vechtā
 & Bremam intercludit, vallo circumdedis-
 set, eaque duabus cohortibus obfirmata,
 Cæsareanis excurrendi pruritum aliquan-
 tum sedavit: deinde cum plura tormenta
 maioremque comheatum Minda & Nien-
 burgo in castra apportandum, suis in man-
 datis dedisset, ita ut Vechta ex iniectis glo-
 bis incendiariis (ex 17. enim machinis & 4.
 mortariis continuè detonabant) dimidia
 C a sui

Majus.
Anno
1647.

sui parte, in cineres acta fuerit, scribunt loci præsidem, Dominum Comitem ab Arch, flagitasse concedi sibi suisque liberum cum sarcinis abitum, sed responsi tulisse, debere se obsessos discretioni victorum subiicere, ita ut ephorus loci, videns, quod nulla spes liberandi oppidi reliqua, sed omnis sibi defensio erepta & ablata sit, mortem gesserit, & cum Officiariis Hammium conductus, gregarii autem, quorum 600, Suecorum signis adiecti fuerint, id quod factum, 16. 26. die Maii.

*Fastenavia
subijcis.*

Gradu inde *Fastenaviam* promotus, quã quidam etiam *Fürstenaviam* appellat, Suecicæ & Hassiacæ copiarum, locum satis munitum, & in diocesi Osnabrugensi situm, 18. 28. Maii, post meridiem aggressi sunt, eum quoque suæ potestatis facturi. At tam Dominis Cælareanis, quàm Dominis Mediatoribus Monasteriensibus & Osnabrugensibus, grave ferentibus, rati quod id factum in præliminaribus pacificationis universalis conclusum, parum conveniens sit, Dominis Suecicis autem inficias euntibus, Königsmarccius quidem, redditis sibi horum literis, queis dicebant super isthoc loco neutralitatem conclusum iri, (etsi Episcopus Osnabrugensis, Dn. Franciscus V Vilhelmus, consentire nullus voluerit:) loco abitu-

abiturus, & castra aliò ducturus erat; sed Maius & cum præfidiarii in Suecos, nihil tale opi- Junius. nantes, erumperent, & 20. ex Königsmarc- Anno cianis profternerent, Dn. Generalis obfi- 1647. dium continuavit; arci autem gravius quàm oppido infistens, aquam divertit, & omni genere hostilitatum tantisper insultavit, dum oppidum ultima Maii, hora septima antemeridiana vi expugnatum fuerit, Cæsareanis in arcem confugientibus; Ibi Gubernator Officiario aliquo ab legato facultatem transigendi rogavit, quam Dn. Königsmarccius aliter nisi pro arbitrio concessurum negavit, addita comminatione, nisi contumaciam seposuerint, fore ut nemini ipsorum vitæ usura relinquatur. Inde perterrefactus præses præsidii, victas manus dedit.

Loco itaque hoc intra cancellos red- *Weiden-* *bruccam* *expugna.*
cto, Königsmarccius circiter 1000. equos
V Weidenbruccæ admovit, & oppidum il-
lud non minus apprimè munitum, (quod
Episcopi Osnabrugensis Clementia singu-
lari affectione æstimavit, & ex quo totius
Episcopatus salus non minimam partem
dependet:) præter cuiusvis opinionem cir-
cumfideri iussit, ipse cum reliquis copiis
per Episcopatum Monasteriensem subse-
cutus, 8. 18. Junii, bihorio à Monasterio
C 3 circa

Junius &
Julius.
Anno
1647.

circa Telligium confedit; ac quantumvis Sueci exorta subita exundatione aliquot dierum spatio, non parùm remorati fuerint, nihilominus tamen, omni labore posthabito, 15. Junii sub machinas venerunt. Medio procedente tempore Gubernator Luppiaë, qui à S. Andrea cognomen gerit, aliquo militum numero, & quibusdam machinis gravioribus castris sese conjunxit, ex quo obsidio loci majora incrementa accepit, quem Suecici toto mense sustodiendo, displodendo, omnique vi oppugnando graviter fatigarunt, donec 5. 15. Julii ad finem pervenerit. Protribunus Reumundus, cui cura oppidi commissa, spem sibi finxerat, fore ut cum præsidariis abire sibi liceret, sed quod incassum recidit: siquidem homo vexillorum per imprudentiam oblitus, ea victori cedere adactus, 50. ex suis hac occasione ad Suecos sponte redire vidit. Ex Cattis autem ultra ducentos, quos Cæsareanam militiam tractare oportuit, vigore confectæ de super transactionis, quam brevitatis causa omitimus, per Suecos evocati, ita ut Gubernator ultra 50. non retinuerit.

*Waren-
dorffium
obsidet.*

Incolis Weidenbruccianis, quod unà cum militibus loco defendendo operam dederint, 14000. Imperialium lytron in-
junctum

junctum est. Königsmarccius autem ad Junius.
 circumsidendum Warendorffium sese ac- &
 cingebat. Ibi cum præsidarii eruptionem Julius.
 200. equitibus in suos primo statim initio Anno
 facerent, adeò eos concidit, ut major eo- 1647.
 rum pars lethæos recessus subiens, prioris
 viæ oblita, nec ultra 30. ex omni numero
 in civitatem redierint: quo conflictu Pro-
 tribunus VVolfing, qui equites hos eduxe-
 rat, cum aliis pluribus trucidatus, eiusque
 excubiarum Magister globo cranium tra-
 iectus fuit.

Datâ hic occasione, aliquid etiam de
 neutralitate Electoris Coloniensis calamo
 committendum. Et sciendum, eius Celsi-
 tudinem, pacificatione, quæ inter Galliaë
 Sueciæve regna cum Electore Bavariaë Ul-
 mæ conciliata fuerat, accepta, Commissa-
 rios ad Capitulum Coloniense, collatum
 super hac sermonem ablegasse, simul at-
 que omnibus præsidiorum Rectoribus in
 mandatis dedisse, ne quovis modo, copias
 vel Suecicas vel Gallicas iniuria laceffant:
 tum etiam ut educatur præsidium, quod in
 Euskirchen hybernavit, & munitiones de-
 ruantur; quod idem ut cum Zontio, aliis-
 que locis fieret, in consiliis fuit. Sic etiam
 miles Cæsareus, à supremo vigiliarum Præ-
 fecto Sparrio congregatus, iterum dimis-
 sus,

Julius.
Anno
1647.

40

Mercurii Gallobelgici

sus, atque hoc Electoris mandatum copiis significatum fuit, Sparrius autem dum turris aliquibus Monasterium civitatem transferret, ulterius Warendorffium profecturus, Electoris Coloniensis praesidiarii putarunt, abducatum illum secum simul militem Caesarem; sed contrario modo, Sparrius cum Caesareis pactorem fecit, jubens, ut arbitrum quidem simulent, interim per dolum vallam portasque suae potestatis faciant, quo ita in effectum dato, cum quibusdam, quas in proximo civitatis absconditas habuit, phalangibus, Caesareis in Warendorf hospitantibus opem tulit, locoque in suam potestatem redacto, praesidium imposuit.

Warendorfio ita circumlesso, Königs-marccius, qui quidem pedites, non plures quam 1200. ac equitum quatuor millia probe instructa, quorum virtus ac fortitudo non in postremis fuit, secum habebat, castris ad unius horae quadrantem ab oppido circa territoriale confinium positis, vallo circumleptis, ex pagis proximè adfueris plurima aedificia diruere, & materialia in castra adducere iussit. Deinde Amisium fluvium ponte junxit, obsessos eodem modo, quo in VVeidenbruccianos usus, aqua prohibiturus. Posthac arcem & pagum Salsenber-

Wittenbergium communicabat; Copiis autem suis magnum isthic loci terrorem concitavit; ita ut provinciales mobilia sua anxie Monasterium comportarent, quorum iumenta etiam sub ipsa civitate abacta fuere. Domini Legati per Deputatos suos inter- venerunt, vino & avena muneri oblati, auro quoque & argento aliquantum pugnantibus, rogarunt, ut Episcopatum, pauperes cum primis, in quantum possibile, humanius tractaret. Ille insolentem suorum proterviam ægrè ferte, detestari, publicato mādato dispoliationes omnes graviter interdiceret, provincialibus custodias, quas Galli *sauegardes* appellant, decernere, & iubere, ut arma contra nocentes adhibeant; Finem & exitum obsidionis suo loco adiungemus.

Julius.
Anno
1647.

Nunc etiam ordo postulat, ut videamus Aprilis quid Dn. Generalis Wittenbergius in Silesia negotii tractaverit, de quo antecedentis libri paginis 59. & 132. aliquid exposuimus. Sciatur ergo æquanimus lector, quod cū potentissimus Poloniae Rex à Cæsarea Majestate obtinuerit, ut præsidia Principatu Opeliano & Ratiboriensi deduci, & loca infesta Regique oppignorata, milite Polonico obfirmari iusserit, Dn. Gen. Wittenbergius, via aliquantum retrorsum acta, ad

Gesta Wittenbergica.

C s

Oder-

Aprilis.
&
Maius.
Anno
1647.

Oderbergam castra posuerit. Quibus postea unà cum ponte incensis, Gloggovium maius repetit. Interea Generalis Cæsareus Comes de monte cuculi copias suas in loco, quem Elbing Uratislavienses appellitare solent, in hospitia divisit, ipse unà cum tribuno Hanovio in suburbium Uratislaviense se coniecit. Wittenbergius ergò ultima Aprilis circa 4. vespertinam ex improvilo istuc irruens, ratus eos sese oppressurum, abiisse illos deprehendit: aliquis enim vicanus eos de adventu hostium certiores fecerat, ex quo sub tormenta Uratislaviensium excesserunt, & in angulo Schvveidniziensi sese stiterunt. Interim Suecici ab Uratislaviensibus malè divexati sunt, ita ut aliquot inde vitam finierint. Secunda Maii inter 9. & 10. quingentis equitibus denuo in illo loco Elbing, comparuerunt, in quos denuò machinæ explosæ, ut abitum celerare oportuerit. Stationem ergò primariam Hunsfeldiæ signavit, quæ uno ab Uratislavia milliari distita est, quò quotidie literas transportandas curavit, contributionem ex suburbiis utriusque lateris conquistum. Hinc cum Hanovii & Rickharti legionibus Uratislavienses transitum in latus Germanicum concessissent, Dn. Gen. Wittenbergius eandem viz facultatē,
ncc

nec non pro pecunia rerum venalium copia sibi dari postulavit, quod postremum exceptis armis, consecutus fuit. **Maius.**
 Quadam **Anno**
 postea die Lignitensium pecora (cuius numerum permagnum secum habebat) sub tormentis abegit, & Uratislavia aliquantū secedens versus Aurisiam profectus, inde Neomarchiam pervenit, ubi principale diversorium statuit. Porro Iaverinum tendens, Hirsch- & Lembergam præterit, postea per Lusatiam sese præcipitavit, inter Strehlam & Misniam Albim ponte iunctū superavit, VVrangeli exercitum primariū (qui tum temporis ex Franconia versus Bohemiam ascendebat, & iam Curiam Variscorum pervenerat) repetiit, de quo inferius plura.

Gentes Suecicas averruncatum **Sacra Aprilis.**
Cæsar. Majestas nova præparatoria mandavit. Cum enim in Comitibus Hungaricis **Cæsar novum exercitum expedit.**
 Posonii celebratis, quæ in priori libro à p. 43. usque ad 51. diffusius descripsimus, fortunante Deo, rem eò deduxisset, ut utriusque religionis Ordines articulos, de quibus inter eos convenerat, & quidem difficiliore & graviores, charta complexi fuerint, & spem fecissent, fore ut etiam in reliquis brevi portum viderent, Gloriosissimus Cæsar, adornato abitu Jovis **II. I. Aprilis.**

Aprilis.
Anno
1647.

prilis, cum comitatu aulico Viennam feliciter rediit, Posonii relictis subdelegatis suis videlicet Principe Lobcovitio, Comite Teuffenbachio, & Consiliario aulico Lindenspurio, ad consummandos tractatus, qui quædam adhuc negotia particularia concernebant, pollicita, si necesse foret, sese iterum istuc accincturam.

Insequenti Lunæ, quæ 15. 5. Aprilis, erat, Domini Generalis Locumtenentis Comititis à Gallas Excellentia morbo gravi male afflicta, Viennam, quò inclytus Cæsar militiæ suæ Capita evocaverat, Danubio pervenit. Ibi ad educendum calculum igni & ferro dolendum excruciatâ, nefandos dolores ingeminans, ante cum Cæsare, quàm moreretur, vel modicum colloquiû ferere expetivit, cui negotio Comes Kevenhüllerus (qui 27. 17. Aprilis ad Sereniss. Dn. Electorem Bavariæ, iussu Cæsaris profectus, interrogatum, quid dehinc fiduciæ, de armistitio, cuius articulos 18. 8. Aprilis eques quidam cursorius aulae Imperatoriæ insinuaverat, in eo collocandum) & Dn. Curtius, deputati. At quibus præsentibus lingua officium negavit. Tandem Iovis 25. 15. Aprilis, circa quintam vespertinam extremum diem clausit. Scribitur antequam obierit, singulare infomnium vidisse,

se, ut videlicet dens ipsi exciderit, qui in inferiore sui parte atram crucem inscriptam habuerit; & quod vocem audierit, dicentem: *Morite oportet.* Experrectus deinde dum aliquid petiturus esset, factum, ut inter loquendum lingua dentem eliserit, id quod somnium ipsi in memoriam revocavit: vocasse ergo uxorem, cui rem exposuerit, rogans, ut dentem hunc (in quo tamen crux non conspecta fuit) diligenter custodiat, id quod fecit, & rebus suis pretiosioribus adjecit. Postea autem cum defuncto marito receptura eum esset, amplius reperire non potuit. Cadaver vidua Tridentum deportandum curare decrevit.

Aprilis
&
Maius.
Anno
1647.

26. 16. Aprilis Dn. Comes ab Holzapfel
 alioquin Melander cognominatus, Vienne
 nam adpellens, in Cæsaris servitia descendit, quem sua
 Maiestas loco Gallasii, factum functi, supremum Præfectum
 militiæ creavit. Belli igitur Cæsarei Campi-
 Martescallus factus, ingentem à Cæsare auri-
 vim, copiis inde duo vel tria stipendia mē-
 strua erogatum, & una pariter mandatum
 accepit, reformatum exercitum, ita ut ex omni
 re pedestri quatuor tantum legiones, singulas
 duo vel tria millia virum continentes: & ex
 omni numero equitum octo legiones, singulas
 singulis millibus constantes

Comitem
ab Holz-
apffel supra
mum militi-
tia Præfe-
ctum creat.

Maius.
Anno
1647.

ter faciat, omnia deinde impedimenta, militiæ oneri futura, tollat, removeat, ejiciat. Et id in causa fuit, quod Veneris 10. Maii n. st. Vienna Budevviuum festinaverit, ubi exercitus stativa tenuit, mandato suis relicto, ut Cæsaris tam in Austria & Stiria, quàm locis aliis hybernatum dimissæ copiæ, die isthac iter Bohemiam versus ingrediantur. Quo facto, Imperatoria Maiestas 23. 13. Maii, iterum Polonium movit, negotia comitialia ad finem perductura, & Coronationem Regis Hungariæ effectui commissura.

*Apparatu
ordinat.*

Exercitus præfecturam Dom. Comes ab Holzapfel sollicitè gessit. Budevvisii pro inchoanda expeditione magnum apparatus comportandum; Cromavii deinde rem tormentariam redintegrandam, currusque plurimos, vectu in iis commeatum, fabricandos ordinavit. Ne autem in Bohemiæ regno exortus ex Suecorum insultu horror, latius ingravesceret, supremus hospitiorum inscribendorum Præfectus Reichius, cum duobus urbium munitoribus, Pragam advolavit, in spectatum munimenta & propugnacula: in quibus provehendis & continuandis strenuam operam omnes collocarunt. Unde magna pulveris nitrati copia, & id genus alia, Egrâ & Elnâ

*Pragam
munit &
Pilsenam.*

& Elnbogiam traducta, eas civitates, si ob-
 siderentur, quod tum maximè timebatur, **Majus.**
 faciliori negotio defensum. Is, quem mo- **Anno**
 do nominavi, Reichius, una cum Geome- **1647.**
 tra aliquo, cui Cyrilli nomen est, etiam
 munimenta Pilsensis civitatis perlustravit,
 lineasque latius diducens novos aggeres
 efformavit, & ad eos collocandos suburbia
 diruit: lege Castrensi quoque publicata,
 iussit, ut accolæ frumenta & victualia sua,
 cum pecoribus, locis munitioribus concre-
 derent, sin secus facerent, eos, qui non a-
 ctutum obtemperaturi essent, pro ratione
 mandati Cælarei, cuius executio sibi iniun-
 cta fuerit, nil aliud inde, nisi vel rerum sua-
 rum depopulationem, vel violentam dire-
 ptionem reportaturos. Hinc ingens com-
 motio, & comportantium, abeuntium, re-
 deuntium mæsta caterva civitatem fatiga-
 vit. Legionibus in regno Bohemiæ hyber-
 nantibus impositum, paratæ essent, & quã-
 primum de hostium adventu aliquid ob-
 nunciaretur, Budovvisium, Taborium,
 Pragam, Pilsenam & Egram illicò convo-
 larent.

Sic etiam Viennæ circumvallatio etiam- **Nec nota**
 num magno fervore agitata dicitur. Ibi **Viennæ.**
 cum primis ad portam, quæ ab hypocausto
 appellationem sortita, turrimque rubram,
 magnus

Aprilis &
Majus.
Anno
1647.
Votum
quoque
nuncupat.

magnus laborantium numerus opus confirmabat: quo sine utrinque viridaria quædam excisa, fossa molendinaria expleta, ipsæque adstructæ molæ everte sunt.

Iter ad Comitata Hungarica Posonium susceptura, Cæsarea sua Majestas, Viennæ 18. 8. Maii apud superiores Jesuitas, (sic enim vocari gaudent) grave votum nuncupavit; scilicet, quod Festum Mariæ Virginis (vel conceptionis eius) quotannis, tanquam diem feriatam celebrare, vigiliam audire, ciboque abstinere velit. Hinc ergo à Clero Majestas sua à monasterio Augustinianorum, usq; ad ædem Jesuitarum, quos antea superiores dixi, nec non ingenti civium numero, solenni processione deducta fuit.

Statuam
dedicat.

Sanctæ Mariæ deinde imago in area ex auro collocata, solenni actu dedicata fuit. Cui & Cæsar, & Rex Bohemiæ, & vidua Cæsaris Ferdinandi II. cum enormi populi multitudine, præsto fuere. Statuæ autem hæc epigraphæ inscripta erat:

DEO. OPTIMO. MAXIMO.
VIRGINI. DEIPARÆ.
IMMACULATÆ.
V. AUSTRIÆ. PATRONAM.
SINGULARI. PIETATE.
SUSCEPTÆ.

SE.

SE. LIBEROS. POPULOS,
EXERCITUS.
PROVINCIAS.
OMNIA. DENIQUE. CONFINIA.
DONAT. CONSECRAT.

ET. IN PERPETUAM RE. MEMORIAM.
STATVAM. HANC. EX. VOTO. PONIT.
FERNANDVS. TER. IVS. AVGVSTVS.

Subsequenti post Dominica, ara no- Maius.
va, quam Episcopus Viennensis fieri fece- &
rat, in Basilica S. Stephani, eadem multitu- Junius.
dinis frequentia, in præsentia illustrissima- Anno
rum personarum consecrata est. 1647.

Festo finito, Sac. Cæs. Majestas proxima *Ferdinan-*
Iovis 23, 13. Maii denuò Posonium ver- *us IV. co-*
sus se in viam dedit. Ibi Ordinibus regni *ronatur in*
propositionem, Ferdinandi IV. Corona- *Regem*
tionem concernentem, exposuit, cuius di- *Hungaria.*
spensationi seu ventilationi aliquot dies
dati. Tandem 24. Maii veteris, vel 4. Ju-
nii novi Cal. Regis Bohemiæ Maiestatem,
Ferdinandum IV. Ordines in Regem Hun-
gariæ elogerunt. Sexta deinde Junii Co-
mitem Budianum, aliosque Proceres, cum
ornatissimo comitatu Viennam amanda-
runt, electo electionem insinuatam, eum-
que Posonium deductum. Septima e-
jusdem, Regia Maiestas Bruccium ad Lei-
D tam

Junius.
Anno
1647.

tam usque comitata: octava Posonium ingressa, arcē petiit, q̄ magno imbriū de fluxu factum est, cui Hungari ex utroq; latere armati in obsequiis steterunt. Debuisset quidem Actus Coronationis regiae sequenti statim 13. Junii haberi; at quoniā paucis ante diebus, puta 5. Junii & 26. Maij St. v. per incuriā grave incendiū erat, non frustraneō omine turbulentæ gubernationis, (ex quo in ipsa Posoniensi civitate octuaginta, in suburbio autem viginti quatuor domus, una cum multis hominibus, equis, aliisque pecudibus, exusta, novo regi lamentabile spectaculum præbuerūt) omnino impossibile fuit, apparatus Coronationis dicta 13. Junii instructum habere. Itaque in Dominicam SS. Trinitatis, 16. 6. Junii dilatus, & interea, quod Viennæ comparatum artificium pyrobolarium, istuc devectum.

Ceremonias quod attinet, quibus Coronatio peracta, in hunc modum referuntur: Postquam Dominica 16. 6. Junii, septima matutina, utraque & Imperatoria & Regia Maiestas, cum universo aulicorū Comitatu ex arce Posoniensi in Ecclesiam civitatis, equis devectę essent, & Cæs. Maiestas in sacrario Imperiali amictu decorata, coronam capiti imposuisset; inde egressa
see-

sceptrum sinistra, orbem Imperii Romani
 dextra complexa, ante aram in throno suo
 confedit. Ibi Dn. Comes Truchsesius, sce-
 ptrum; Comes Fürstenbergius pomum
 porrectum accepit; Pulvinum autem, in
 quo Corona deponenda, Marchio Ba-
 densis gestavit. Comes Kevenhüllerus offi-
 cio supremi aulae Praefecti, cum baculo
 functus, Caesareae Majestatis Marecallum
 auticum gladio praecellit. Ponè securus est
 Majestas Regia ex sacrario S. Stephani Re-
 gis, Hungariae Patroni, habitu exornata:
 ante eam autem Comes Palfius, sceptrum
 gerens; Comes Forgatius, crucem; Comes
 Budianus, pomum; Comes Ziaccius, gla-
 dium Stephani regis, vagina reconditum
 tenens; Dn. Palatinus, Coronam; Comes
 Serinius, gladium evaginatum; Comes
 Nadastius, tanquam supremus aulae Hun-
 garicae Praefectus, baculum gestans, praee-
 debant. Cum deinde Regia Majestas in
 throno suo, qui in medio templi positus e-
 rat, itendidem confedisset, Missa primum
 celebrata, eaque finita Coronatio inchoa-
 ta fuit. Hic principio Dn. Palatinus praesen-
 tes regni Status tertium interrogavit, an
 Regiam Suam Majestatem coronatam vel-
 lent? cui statim & sigillatim I T A, responde-
 runt, atque id aliquoties reiterarunt: Quo

Junius:
 Anno
 1647.

D i facto

Junius.
Anno
1647.

facto, Regiæ Majestati corona imposita fuit: Et cum Dn. Archiepiscopus suæ Majestati gladium nudum in manus tradidisset, versum quatuor mundi plagas, per modum crucis, benedictionem pronuntiavit. His finitis, ex arce exoneratæ machinæ ærea repleverunt, in templo à symphoniacis, & tubicinibus taratantarantibus, quibus quoque tympana castrensia seu ænea suaviter commurmuravit, hymnus DD. Ambrosii & Augustini decantatus fuit. Ex templo Cæsarea Majestas vehiculo in arcem ascendit: Rex autem jam coronatus per viam asseribus constrictam, pannoque rubro, albo & viridi obtectam, ex S. Martini æde, ad D. Francisci, latè aliquantum distitam, procedebat: cujus Majestatem à dextra Dn. Archiepiscopus, à sinistra Dn. Palatinus, comitabatur. Eos sequebatur Nuntius Apostolicus, Legatus Hispanicus, & Orator Venetorum, multique dynastæ. Inter eundem aurea argenteaque numismata in vulgus sparsa, & pannus populo diripiendus concessus. In æde Franciscanorum Regia sua Majestas sedili aliquo confidens, decem proceres Hungaricos nudato gladio equites creavit. Æde egressa Majestas sua, cum Proceribus equum conscendebat, cui Dn. Archiepiscopus & Dn. Palatinus

tinus ab utroque latere adequitabant. Hi- Junius.
spanicus & Venetorum Legati sequeban- Anno
tur: Nuncius Apostolicus in monasterio se 1647.
continebat: ubi in suburbium ventum, vi-
dere erat theatrum aliquod, panno rubro,
albo & viridi obductum, quò Rex, Archie-
piscopus, Palatinus, Legati, & aliquot ex
Proceribus, ascendebant. Rex sella in hoc
adornata confidens, Dn. Palatinum coro-
nam recipere passus est, Dn. Archiepisco-
pus autem consuetum juramentum (quod
Reges Hungariæ præstare solent:) prælegit,
quod Maiestas sua elevatis duobus digitis
adiuravit. Quo finito, tormentorum &
bombardarum boatus urbem circumso-
nuit, acclamante & ingeminante, loco de-
votæ alicuius congratulationis, populo,
VIVAT! VIVAT REX!

Deinde cum Maiestas sua Diademate
iterum per Dn. Palatinum redimita esset,
theatro relicto, equis insidentes per urbem
ad monticulum quendam pergebant, præ-
cedentibus 12. tubicinibus: latera clau-
debant equitum & bombardiferorum tur-
mæ, quorum aliquot centum connumera-
ti: Aderant quoq; decem dynastæ Hun-
garici, cum totidem vexillis, decem regna
Hungariæ olim subiecta referentes. Gestab-
bat præterea quidam Religiosus ante Ma-
iestat-

Junius.
Anno
1647.

14

Mercurii Gallobelgici

gestarem suam crucem, significaturus, Regem esse Apostolicum. Cum deinde ad monticulum venissent, Rex cum equo super eo consistens, gladium S. Stephani vagina rapuit, eoq; tertium ante in gyrum aëto equo, versum quatuor latera populo benedicebat, ubi tertium, ex machinis fulminatam, & clamor in circumstante multitudine gratulabundus resonuit, SALUS REGI NOSTRO!

Interim Regis Hispaniæ Legatus fecit, ut ex hospitio suo per fenestram vinum rubrum & album ex fistula profluxerit. A colliculo Regia sua Majestas priori ordine in arcem concedebat, ubi mensæ assidens, coronam de capite deposuit. In parte ejus superiori accumbebat Cæsarea: à dextra ejus Regia Maiestas: post eam Dn. Nuntius Apostolicus, Dn. Hispanicus & Venetus Legati: ex altero latere, Dn. Archiepiscopus, & Dn Palatinus accubabant. Imperatori Romanorum Dn. Marchio Badensis, Regi Hungariæ Dn. Comes Forgatius, à cyathis steterunt, & pocula administrarunt. Quæ omnia lætum & iucundum exitum acceperunt: at vesperi in insula Danubiana pyrobolariorum ignes festivi, non sine voluptate altum collustrarunt.

Cæsar Poso-

Regali cōvivio completo, redditaq; Ordini

dinibus audientia, altera post luce Imperator, & Rex Hungariæ, 18. 8. Junii, magno procerum Hungaricorum comitatu stipati, inde digressi, circa sextam vespertinam Viennam adpulerunt. Comitem deinde Schliccium ceu præsidem consilii bellici, festinè Cæsar in antecursum sui ad exercitum Budevissium præmisit. Sabbathi autem prima luce 22. 12. huius tenui comitatu, secutus ipse est.

Junius.
Anno
1647.
nio in Bo-
hemiam ad
exercitum
se confert.

Armilustrio deinde habito, administranda rei equestri Dn. Gen. Johannem de VVerth præficit, eumque Baronatu VVitichenaviensi munificè donat; Spurccio in eius Vicarium electo, quem aliquo argenti pondere beavit. Omne autem robur virum erat XXI. millium, exclusis 5000, illis, qui sub Dn. Gen. Pompeio in Stiria agebāt, & sæpius ad castra vocati, nondum se stiterant. Quo corpore (quod in 36. legionibus equitum, & 17. legionibus peditum nec non 4. legionibus dimacharum, consistebat) Imperatoria Majestas Pilsenam movit. Die 26. Junii 6. Julii, aurum pro stipendiis militum Vienna in castra deductum: quò ex ærario Viennensi, vulgò *der Niderlag*, centum milliata numerata, negotiatores etiam aulicos quinquaginta millia, civitatem quoque magnam partem,

Exercitum
disponit.

Junius.
Anno
1647.

Hassorum
gesta du-
ctore Gen.
Mortai-
gnio.

Majus.

Fridbergã
intercipit.

& sartores aulicos, mille florenos adnume-
rare oportuit. Quo tempore obsidio E-
grana non ita longè ab exitu aberat, quam
paulò inferiùs descriptam adponemus.

Nunc Gattorum inferiorum gesta, de
quibus præcedenti libro p. 81. aliquid mo-
nuimus, pertexenda sunt. Dn. Gen. Geisius
qui Hassiacas copias feliciter rexerat, præ-
futura sua functione, præviis precibus, di-
missus, & ad gerenda civitatis Cassellanae
gubernacula selectus, tum etiam in Conci-
lium militare cooptatus, eiusque loco Dn.
Gen. Vicarius Mortaignius, administran-
do bello successus est. Hic, omnibus,
quibus parato opus, instructis, 4. 14. Maii
copias in apertum duxit, & ex diversis præ-
sidiis aliquo numero collecto, cum primis
Cassellis 16. cohortibus robustioribus in
societatem adscitis, occupata antea in via
arce Merla, & oppido Grimberga, deditio-
ne arbitraria, Lunæ 10. 20. huius, 1500. pe-
ditibus Gallicis, tribus legionibus consi-
stentibus, in universum 5000. robore, &
quibusdam machinis atque mortariis, civi-
tatem Fridbergensem in V Vetteravia ador-
tus, eam altero post Sole suæ potestati sub-
jecit; globos postea ignigeros in arcem seu
castrum coniiciens, prædiarios, quos Tri-
bunus, siye Baro quidam Reiffenbergicus,
impe-

imperio regebat, ducentorum aut circiter Majus.
 yiorum numerum æquantes, clementiæ Anno
 inclementiave victorum ut se committe- 1647.
 rent, adegit, quos suæ Principis signis ad-
 numeravit. Etsi autem arcis Præfecto per-
 missum, ut cum quatuor personis excede-
 re loco debuerit, attamen Fridbergæ, do-
 nec etiam arx Reiffenbergensis, quæ & ipsa
 ab ipso præsidium habebat, traderetur de-
 tentus fuit. Erat Reiffenberga triginta *Reiffenber-*
 & amplius veteranis militibus firmata, *gam do-*
 quos regebat Officiarius quidam. Is Tri- *mat.*
 buni sui, Domini à Reiffenberg, iussui &
 mandato ut morè gereret, non poterat ad-
 duci, antè-quàm 400. Hassiaci istorum a-
 mandarentur. Hi in arcem coniectis pilis
 incendiariis, magnum ei detrimentum in-
 ferebant, donec quibusdam ædificiis dele-
 tis, transactore & mediatore Domino à
 Reiffenberg, Canonico Moguntino, tan-
 quam loci proprietario, compositionem
 acceperit, quam Dn. Gener. Mortaignius,
 qui & ipse eò se contulerat, & præsentia
 sua opus celerius maturaverat, propria ma-
 nu subscripsit, ita ut arcis Præfectus cum
 ministris suis loco cesserit. Inde Mortai-
 gnus cum Germanis in Hassiam retroces-
 sit, tres autem Gallicæ legiones ad Ofen-
 bacum Mœnum transfretantes, versus Tu-

D s barim

Majus.
&

Junius.

Anno

1647.

*Königsber-
gam subju-
gat &
Blancken-
stenium.*

barim fluvium, ubi armilustrum exercitus Gallici habendum fuerat, profectæ sunt.

Arbitraria quoq; deditioe paucis post diebus Dn. Gen. Mortaignius Königsbergâ castellum cepit, præsidariisq;, quorum 43. fuerunt, Hassiacis adiunctis, Præfectum Giessam dimisit. Eodem penè modo sequebatur Blanckenstenium, præsidio 70. veteranorum inter suos distributo. Durante obsidione Darmstatinus Gen. Locumtenens, Eberstenius, numerosa manu, quâ peditibus, quâ equitibus, Giessa egressus, spem sibi fingeat, fore ut Castellanos improviso aliquo ictu castigaret; sed cum eodem quoque tempore, Dn. Dn. Ernestus Landgravius, copiosa militum turma vias exploratum exiisset, inter utrosque exortus forte fortuna statarius quidam conflictus est, ex quo Darmstatini Giessam sub machinas fugam corripuerunt, 14. è commilitonibus suis, qui trucidati, 50. qui in captivitate abducti, relictis. Ex Castellanis quidam aquilifer equestris, cum quibusdam gregariis, interiit.

*Stauffen-
bergam oc-
cupat.*

Occupato Blanckenstenio Stauffenbergæ signa admota: ibi Darmstatinum, quod loco impositum præsidium erat, non expectato Mortaignii adventu, arcem, capta Giessam fuga, deseruit. Castellani è contra propè

propè Lolleram pagum aliquantum subli-
 stentes, obsessum Gieffam, castra locare
 volebant. ibi usq; in diem quintum com-
 morati, converfo in vallem Buseccianam i-
 tinere, Hohnstenium arcem in Comitatu
 Catti-Melibocensi, Darmstatino milite
 inessam, ad obsequium redegerunt.

Majus.

&

Junius.

Anno

1647.

Hohn-
stenium.

Illinc verò ulterius progressi, antequàm
 Rheinfelsæ obsidionem facerent, de Cau-
 bio intercipiendo primum consilia habue-
 runt, quo fine in arcem illam 19. Junii toto
 die sine intermissione ferrea grandine de-
 tonuere; tandem deperditis quibusdam
 ex suis, unà cum turri, Rheno adsita, præsi-
 diarios in suam, quâ clementiam quâ in-
 clementiam descendere, & loco secedere
 compulerunt. Inde tota illa cohors, loci
 defensoria, ad Castellanos ut transeat, è re
 sua fore putavit. Caubium secutum Ca-
 stellum Cartorum, vulgò *die Ranz* è regio-
 ne Rheinfelsæ extractum; quod iniectis
 tribus sphaeris ignivomis, imperio suo ad-
 iecerunt, præsiidiariis pacta deditone Brau-
 bacum excedentibus. Cum autem Dn.
 Dn. Johannis Landgravii milites, quibus
 locus ille domicilium præbebat, gravaren-
 tur, eos admittere, eò quod neutralitatem
 iurassent, Darmstarinis autem amplius ab-
 eundi facultas non daretur, gregarii Cal-
 sella-

Caubium
expugnatum.Castellum
Cartorum
nuda. Co

sella-

Junius & Sellanorum arma secuti, exceptis tribus
 Julius. transfugis, qui arboribus donati sunt. Cen-
 Anno turio, cui arcis inspectio iniuncta, nulla ne-
 1647. que com meatûs neque annonæ, penuria
 laboravit.

Palatina-
 tum Rheni.

Postquam ergo quinque dimidiata mu-
 ralia, & magnum aliquod mortarium, cum
 necessario com meatu, 400. equitibus, &
 200. peditibus equestribus, qui 24. Junii
 uno milliari Francofurtum præterierunt,
 conducta, ex Zigenhaina in castris adven-
 tassent, & interea Palatinatus Rheni (ve-
 tustæ id arcis in fluvio sitæ, non ignobile
 nomen est) arbitraria quoq; deditioe eo-
 rum sese potestati submisisset, magna vehe-
 mentia Rheinfelsiæ obsidio producta: Il-
 lic recubans defensorum caterva, quorum
 circiter 250. nocte dieq; continuis dispo-
 sitionibus magnum obsidentibus damnum
 inferebant, in tantum, ut exinde Mercurii
 30. Junii, 10. Julii circa sextam vespertinã,
 Dn. Gē. Mortaignio pes sinister, genu sub-
 tus, globo machine Canonice rescissus fue-
 rit, ex quo vulnere postremũ diem clausit:
 id quod Rheinfelsiæ, etiamsi medici & chi-
 rurgi officio suo, consilio factove, nocte
 dieque fideliter peracto, omnem operam
 præstiterint, 8. 18. Julii, 12. mediæ noctis,
 non quidem sine enormi dolore, acceden-
 te etiam

esse non
 Rheinfel-
 siam; ubi
 lethali
 vulnere
 sauciatus,
 paulo post
 ex eo mori-
 tur.

te etiam sacro igne, sed tamen integra sal- Julius
vaq; ratione factum, & cadaver 25. Iulii Anno
Cassellas, terræ ibi demandandum, trans- 1647.
vectum.

Circumductis feliciter Cassellanorum *Inducia in-*
armis, inter utramque & Darmstatinam & *ter Cattos,*
Cassellanam lineas induciæ in mensis uni⁹ *Darmsta-*
egressum, visum, an forsan medio tempore *tinus &*
lis tolli possit, erectæ: ex quo celsissimus *Cassellanos*
Princeps Georgius, Landgravius Darmsta-
tinus Rheinfelsiæ castellum sponte sua
cessit. Inde 4. 14. Iulii loci Præfectus, tri-
bunus Koppenstenius, cum 160. militibus
emigravit, qui cum parte suorum Giessam
turma equestri conductus; at 54. bombar-
diferi, qui ad Hermanni lapidem pertine-
bant, per tubicinem istuc deducti; & Pro-
tribunus Cassellanus, Brüclius, duabus co-
hortibus pedestribus loco protegendo da-
tus fuit. Tandem Dn. Gen. Maior Rabē-
haupt 19. Iulii cū Hassis inferioribus Rhe-
num versus Warendorfium transit, id lo-
ci occupatum, suasque cohortes cum Dn.
Königsmarccio coniuncturus; de quo et-
iam superius aliquid adjectum est.

Urget iam ordinis ratio, ut calamum, *Christiani*
nauteosis Germanorum digladiationibus *Classis ad-*
lassatum, aliquātum ad maritima, & primū *versus infi-*
quidem ad describendum bellum Turcicū, *deles expē-*
con- *ditio.*

Julius.
Anno
1647.

convertam: ubi primò ingenuum lectore
ad eam remittimus, quæ priori libro p. 143.
usque 147. inclusivè adnotavimus. Et
princípio, Constantinopoli per scriptum,
Turcas miserandum iterum gavisos
quod Tyranno suo uno mente septem filii
nati, vel orbis Christiani pestes, vel huma-
næ commiserationis exempla: deinde,
Constantinopoli aliquot centena tectorum
incendio deflagasse. Inde de dato 5. A-
prilis scriptum, Classem Christianorum,
occupato Zemonicho, Salanium, Socco-
vanium, Palisanam & Vranium suæ pote-
statis fecisse, inventa quoque uberi præda
500. in captivitate abduxisse: & qui fa-
cto functus, Dn. Generalis Thomæ Mare-
lini loco, fratrem eius Bernhardum, qui jã
Candiotarum Dux, Navarchum Classis
Venetæ electum. Deinde etiam Veneto-
rum potestati Novigradum cessione; alio
12. Aprilis ex arato epistolio legitur: Vene-
torum copias castellum Novigradianum
in Dalmatia, (ubi permagnam commeatus
tormentarii, & rerum instruendæ classi ne-
cessariarum copiam invenerint) solo adæ-
quasse, infidelium manipulos prædarios
trucidasse, 100. ex iis in servitute abre-
ptis. Tum porro parvum quidem illud, sed
apprimè robustum castellum Stadiam, &
Scor-

Scordonam sui arbitrii fecisse. Adhæc; Aprilis
 Rempublicam istac hebdomade 30000. Anno
 Imp. & 2000. militum in Candiam trans- 1647.
 portanda ordinasse. Promisisse quoq; E-
 lectorem Bavariæ, (vere magno & Germa-
 no Principe digno animo) sese 5000. pedi-
 tum afflictæ rei Christianæ in subsidium
 missurum: quamobrem Gen. Maior Spee-
 reuterus, & Secretarius Venetus Cavalza,
 cum magna vi auri ad aulam Bavaricam viâ
 acceleratint, has accersitum legiones: tum
 etiam tribus millibus mil. quendam Rheni
 Comitem in Levante sive oriente, adven-
 tasse. De die 19. Aprilis Venetiis habetur,
 Ex iis, quæ apud Chium insulam disiectæ
 sint, 40. triremibus, sive Galeris Turcicis,
 20. malè disruptas & perforatas, Constani-
 tinopolim vela dedisse, relictum ibi ruinas:
 quod detrimentum Turcarum Tyrannus
 valdè graviter tulerit. Non minus Christia-
 norum pius exercitus Castellum Corino
 in Dalmatia expugnavit; sed quod Nadin
 est, ex civitate obsederunt, quo 3000. la-
 nitschari & 2000. equites Mahometani
 viam legerint, allaturi loco suppetias. De
 dato 26. annunciatum, Castellum Vranâ
 in Dalmatia adhuc à Venetis vehementer
 quassari; obsessos eruptionem quidem fe-
 cisse, at non sine damno multorum, qui
 salu-

Majus.
Anno
1647.

salutatam Charontem exceſſerint, 25. ſimul
in captivitate abductis. Tum Morlac-
cæos ſubditos, qui Venetis ſeſe conjunxe-
rint, jam armis inſtructos eſſe, & Officiariis
eorum egregia munera Venetiis data. Vbi
& hoc addendum, quod Venetorum Ge-
neraliſſimus Grimmannus, 34. triremibus
mare Egæum preſſerit. Iterum Venetiis 3.
Maii datis, habetur, Caſtellum Nadinum,
ex quo 800. Turcæ noctu effugerint, ut &
illud, quod Vranæ eſt, Chriſtianis ceſſiſſe,
ex poſteriori Turcas armata manu exceſſu-
ros à Venetis maximam partem neci datos,
civitatem cum arce expoliatam, reportata
opima præda ex ſerico, frumento, & circi-
ter 500. equis. Ut ergo dehinc nullum Ma-
humaticolis ibi ſuffugium eſſet, non ſolū
duas has civitates, (quarum utraque 1000.
focos continet) ſed etiam oppida, Carinū,
Obroazium, & Seardonam, diruta, & o-
nem rerum proventum ex provincia abdu-
ctum. Decima Maii perhibetur, Foſco-
lum, Venetorum Generalem, in Dalmatia
caſtellum Civalinum ad obſequia redegif-
ſe, impiis omnibus peremptis; poſtea Sa-
lonam obſidione complexum, & Chiffæ
viarum aditus intercluſiſſe. Dn. Grimman-
num portum Cavallam, archipelagi locū
ſui arbitrii feciſſe, & novas quaſdam anno-
narias

narias, Candiam abituras, occupasse, easq; Majus
 ad exercitum abduxisse. Vallæ, ubi panis &
 nauticus excoquitur, fornaces pinforias o- Junius
 mnes dejecisse: E diverso Venetiis in ar- Anno
 mamentario, exorto per negligentiam o- 1647
 perariorum incendio, 4000. sclopetorum
 conflagrasse. Scribèbatur etiam de die 17.
 Maij, in conflictu nuperius in Dalmatia ha-
 bito, Gen. Degenfeldii filium oculo orba-
 tum, & vulnere affectum. 24. ejusdem,
 Grimmanum 8. horis cum Turcarum exer-
 citu in Archipelago præliatum; 20. trire-
 mes, aliaque navium genera, profundo
 immerfisse, residuas autem Neapolim di
 Romania persecutum: at posterius de dato
 31. Maij mandatis non confirmatur: ipse
 tamen Grimmanus de 3. Maii Venetias re-
 tulit, quod cum 35. triremibus, 6. Galeaz-
 zis, & 12. aliis navigiis, 75. Turcicas cir-
 cumdederit, quas altera vice, ut sui pu-
 gnandi copiam facerent, invitaverit, sed
 portu eas movere non potuisse. Alias 12.
 Christianorum triremes, aliquot Turcicas,
 in Nigro-ponte, seu Eubœa insula, conclu-
 sisse, & celocem, quam Bassa Caneensis
 100. Mahometicolis infertam, redditis si-
 mul ad Turcam literis, Constantinopolim
 missurus fuerat, interceptisse, quibus homi-
 nem certiotem faciat, laborare se inopiâ &

E

anno

Junius.
Anno
1647.

annonæ & copiarum, quarum non ultra
3000. residuas habeat, quin magis magis-
que infectionibus absumi; opus ergo sibi
esse, novis auxiliis, & uberiori rei frumen-
tariæ com meatu. Septima Junii Venetiis
annunciatur, cum ex Clissa Turcæ dua-
bus vicibus, mille virum robore in Chri-
stianos eruptionem fecissent, non sine de-
trimento reiectos esse, quò Turca 30000.
Janitzarorum, potissimum tamen belli in-
expertorum proficisci iusserit. Itemq;, quòd
aliquis Christicolarum coetus apud Chium
2. infidelium naves, opima præda omnis
generis commerciorum Alexandria Con-
stantinopolim vela daturas, ceperit. De da-
to 14. Junii, Generalem Grimmannum a-
pud Chium iterum tres Turcicas, & quas-
dam annonarias Caneam annona levatu-
ras Neptuno sacrasse, residuas ibi conclu-
sas circum sedisse: deinde Turcas Clissen-
tes aquæ penuria laborantes per noctem e-
gressos occupatum Spalatum, retroactos
esse, triginta è suis iugulatis, multisque ca-
ptis. Ex iis, quas portu conclusas naves dixi,
Generalis Bassa sex, quas omnium optimas
putavit, adscitis, noctu fluctibus se com-
mittens Metellinum evasit; ideò Grimma-
nus castellum vehementer atque ita qui-
dem tormentis concussit, ut milites aridam
quæsi-

quæsierint, quod confirmatum de dato 28. Junius^o
 Junii. Scribunt enim, cum Gen. Bassa, qui Anno
 versus Metellinum terga dedit, 30. Cara- 1647.
 musalas seu actuarias annona refertas, &
 15000. pedites, qui Caneam pertinebāt, in
 insula Chio, & in portu Cosmæo reliquis-
 set, Imperatorem classis Christianæ, Do-
 minum Grimmannum, 12. Maii, exercitu
 de nocte istuc deducto, 13. eiusdem sub
 aurora 2. egestas munitiones muralibus in-
 festasse, iisque in potestatem actis, militem
 in terram exposituisse, & aliquot centena
 Turcarum interemisse, ita ut reliqui pe-
 dum auxilium invocantes, 6. triremibus æ-
 quore meris, reliquas 24. cum sexaginta
 machinis, & 36. vexillis, in arbitrium reda-
 ctas & abductas, præda omni militibus, ex
 quibus vix 20. ceciderint, distributa Exem-
 plo tanto Duce, animos suorum tot pericu-
 la exantantium excitaturo, digno & omni
 laude prosequendo. Strage hac Bizantiæ
 obnunciata, Proto-symbolus, vulgò Pri-
 mo-Vezier, Turcam persuadere ausus, rem
 nō magni momēti esse, quin propterea id à
 Gener. Bassa factum, ut Venetis remoram
 iniiciat, donec interim cum copiis auxilia-
 ribus eò commodius Caneam venire po-
 tuerit: sed ille aliundè exactius de omni re
 certior factus, tanta illic tot suarum trire-
 mium

Junius &
Julius,
Anno
1647.

mium iactura in furorem raptus, Vezirium ipso momento in carcerem coniecit, presentissimum viro suspendium comminatus. Coniuge autem Sultani vitam eius summopere deprecante, magna vi auri exsoluta, elapsis sex horis, & libertati & officio restitutus fuit; sed tamen Capitaneum Bassam officio deturbavit, successore Juvene aliquo viginti duorum annorum, qui Amurathis fato functi filiam unicam in matrimonio habet, lege ei severe prescripta, ut festine ad exercitum provolet, & omne, qua possibile, lapidem moveat, passam cladem reparatum, interdicto navibus omnibus per universum imperium abitu. Nisi ergo relatio Veneta, de dato 5. Julii extra orbitam secedit, Christiani in occupatione Cosmaei, magnam victoriam reportarunt, 3000. Turcis inde in Plutonis regiam secedentibus. Ex 60. machinis, 20. quae majoris ponderis fuerant, salo immerse: tum etiam Veneti Gen. Bassam apud Caput Malacem quibusdam frumentariis spoliarunt, ita ut cum paulo subsidio in residuis triremibus, Caneam delatus fuerit, quod Christianorum exercitus vela direxit, & interceptis iterum 3. navigiis annona & com meatu tormentario onustis, Malvasia Caneam transituris, in arido aliquod castellum

stellum expugnasse, 300. Turcis jugulatis. Junius &
 In Dalmatia autem 42000. Mahometistas Julius.
 adventasse, Zaram sive Sebenicum obli- Anno
 dione cincturos. De dato 12. Julij, Vene- 1647.
 torum Generalissimum Grimmānum Ge-
 neralem Bassam Canea, ubi 3000. militum
 exposuerat, per mare Ægæum sulcantem,
 denuò 5. triremibus mutilasse, reliquis in
 portum Malvesianum fugatis: itemque;
 Venetos in Candia Temenium, prope Re-
 timium situm, sui juris fecisse: Ex iis, qui
 Dalmatiam ingressi, 16000. inter Spala-
 trum & Sebenicum, castra posuisse, ex qui-
 bus Christianos ultra 200. vias speculatum
 dilapsos, mactasse. De 19. eiusdem: Vene-
 torum Generalem in Dalmatia Sebenico,
 cum vicinis locis, optimo quovis modo
 prospexisse, exercitui stipendium men-
 struum distribuisse, castris ultra Spalatum
 promotis: ubi quibusdam velitationibus
 80. Turcas ceperit, confessos, in confini-
 bus Bosniacensibus 40000. Ottomanni-
 corum, sub duobus Bassis, congregata trans
 Alpes in Dalmatiam se diffundere consti-
 tuisse. De dato 26. Julii confirmabatur,
 Sultanum omnia exterorum navigia itine-
 re prohibuisse, ea bello applicatum: deinde
 Generalem Bassam, & aliquem 22. anno-
 rum virum, de quo etiam superius verba

E 3 feci,

Augustus
Anno
1647.

feci, carceribus mancipasse; de dato 2. Augusti: Esse in Dalmatia 8000. Turcas, & tribus agminibus circa Spalattum, Sebenicum & Zaram prædatum circumcuritare, ex quibus Spalattenses, & Sebeniciani 500. occiderint, reliquos Clissam versus se in pedes dedisse, ex Zaranis 300. & trucidatos & captos, eapropter quod equitatus officium non fecerit. De nona Augusti iterum, octava Julii novum Gen. Bassam 15. triremibus & octo aliis navibus Constantinopoli Cosmæum versus vela laxasse, ibi plures copias recepturum, & se se cum aliis 60. triremibus in mari Egæo coniuncturum, eductum naves, quas Grimmannus Neapoli di Malvasia occlusas teneat. E diverso Batavorum navigia, quæ ad bellium exitu prohibita, iniussu Turcarum Constantinopoli vento se dedisse. Ultimis literis de dato 16. Augusti Venetiis exaratis: priorem Generalem Bassam, cum Neapoli di Malvasia Turcæ mandatum accepisset, securi scilicet se percussurum iri, se ipsum veneno e medio sustulisse: hanc serviunt servitute, hoc quoque fine perierunt, piæ Christicolûm gentis persecutores. Eius 70. naves rostratas à Grimmanno occlusas etiamnum teneri. In Dalmatia, adhuc, Turcarum exercitum cum re tormenta-

mentaria Sebenicum & Zaram tendere, quò intra tres septimanas 150000. scutati remissi fuerint: & tantum hac quidem vice de bello Turcico.

Martius,
&
Aprilis.
Anno

Status Italiae jam sequitur, & littus maris Tyrrheni: ubi primùm Roma se offert: Ibi mense Martio Venetorum Legatus obtinuit, ut Classis Pontificia cum Melitensium triremibus concurrere, & æstate hac, ad protegendum Cretæ regnum, Turcis se se opponere debuerit. Melitensibus in Capitaneum navis prætoriae præfectus est Yeccia-Zellius, Eques Melitensis: Pontificiam direxit Dn. Cholognetius. Brevi post, cum septem naves Gallicæ ante portum Neapolitanum, & circa Posilippum & Capreas aliquas frumentarias, civitatem ingressuras, abduxissent, Pro-Rex classem Hispanicam, 2000. militum consistentem, Pontum legere iussit quæ 4. Aprilis usq; dum nox litè diremit, prælio decertavit. Sed his Æolo disiectis, gravi illorum locorum hoste, Gallicæ cum præda Occidentem transmiserunt. Hinc summus Pontifex catena, in quam fabricandam 18000. Coronatorum erogaverat, portum Centum-cellarum, vulgò Cività-Vecchia, occlusit. Ad defendendum deinde Statum Ecclesiasticum 10000. peditum, cum 2000. equitibus

1647.
Italia statu.

Aprilis &
Majus.
Anno
1647.

in sublevationem Reipubl. Venetæ autem pio proposito bis mille pedites, & 1000. equites conscribendos mandavit.

XVI. Aprilis Hispanorum classis aurifera, decem millionibus cum dimidio referata, Caditium adpulit. Ex quo statim cambiorum myriades Mediolanum, & utramque Germaniam bearunt. Duo solum navigia ex Hispania Genuam redeuntia 300000. Coronatos attulerunt, quæ, quia cum Indicis venerant, Hispanis se coniungere debuerunt. Gubernator Mediolanensis compertus, Gallos in Pedemontio & Monteferrato imbecilliores esse, Niciam Paglianam, munitum locum, ast qui tantum 300. Gallorum præsidium habebat, & ubi casu quodam magna mœnium ruina paucis ante diebus patefacta fuerat, eum exercitu adortus est, ibique castrense domicilium in monasterio Patrum Cappucinorum defixit. Accedente 20. Maii sulcos suos cursorios usq; ad fossam civitatis perduxit. Etsi ergo Galli locum mascule defenderent, sperantes venturum in sui liberationem exercitum, quem Thomas Sabaudia Dux circa Astiam congregaverat; tamen omni, & opera & oleo, perditis, tandem eos deditioem pacisci oportuit: quo facto Gubernator nova, castello adiecta mœnia

mœnia, dirui iussit, & exercitui circa Ale-

xandriam distributo quietem dedit.

Maius &
Junius.

Anno
1647.

Die 24. Maii ante meridiem, Eminen-
tiss. Dn. Cardinalis Estæus, novum Gallie
Legatum, Marchionem Fontainæum egre-
giè excepit; qui deinde post meridiem cir-
citer sexaginta pilentis comitatus, Romam
ingressus, à prædicto Domino Cardinale
ad audientiam Summi Pontificis perdu-
ctus fuit. De eius petitis nihil dum certi ad
nos allatum est. Die Solis nona Iunii puer
quidam Modena oriundus, Iacobus Mar-
tini vocatus, qui apud Minoritas Bononi-
enses Palladi vigilaverat, septimum ætatis
annû gerens, in præsentia undecim Cardina-
liû, multorum Prælatorum, & aliorum do-
ctissimorum virorum, in omni facultate,
Theologica, Juridica, Medica, Mathesi &
Philosophia, insigni sua laude disputavit, &
semper victor exitit. Postquam ergò ab
omnibus Cardinalibus valdè honorificè
tractatus esset, Roma Florentiam iter re-
metiens inde in Galliam profectus est. Ro-
mæ autem Sabbathi 3. Augusti, 24. Iulii,
puer ex Marca oriundus, quod matrem (a-
lii habent patrem) interfecisset, candentibus
forcipibus excruciat, quatuor parti-
bus dissectus fuit.

Ex Latio in Siciliam me demitto: Ibi po-

E S

pulus

Sedentia P.

Majus &
Junius.
Anno
1647.
*normi in
Sicilia:*

pulus Panormitanus, oneribus lassatus, & variis tributorum generibus longo ab hinc tempore exacerbatus, tandem cum etiam annonæ difficultas ingrueret, non sine causa commotus curiæ Vulcanum supposuit, & 500. captivos ex carceribus extractos libertati restituit, ditiorum domus diripuit, coacto Prorege, ut quæ imposuerat vectigalia remiserit, quod mali plures quoq; Sicilia civitates inflammavit. Vicarius Regis, armatis, quos sibi fideles putavit, civibus, seditionem quidem aliquantum represserat; sed cum quosdam, qui primarias Tragœdiæ partes egerant, suspendi, & tribus ex Magnatibus, eò quod literas in Galliam scripserint, capita resecari iussisset, quasi infuso oleo incendium resuscitavit; & causam dedit, ut populus magis magisque ad iracundiam provocatus, satiendo furori ulteriora concesserit, atque in potestatem reductis armamentariis sui defensionem procuraverit.

*ac Neapoli,
in Italia.*

Eadem radice, multitudine videlicet tributorum cibariis impositorum, etiam intestina regni Neapolitani seditio repululavit. Exhausta enim plebs multis deprecationibus, remedium & allevationem flagitaverat; sed tantum abfuit, ut tollerentur, ut potius nova, de carne pendenda, iniuncta

iuncta fuerint, Solis 7. Iulii, cum quidam
 accolæ urbem cum frumentis adirent, quo-
 rum marsupia parvo ære resonabant, ita ut
 vectigali solvendo non suffecerint, nec
 quisquam adesset, qui vel in tantum ipso-
 rum inopiæ succurreret, ut liberare se eo
 vel eatenus potuerint, donec ex frumento
 pecuniam accepissent, accidit, ut vulgus
 clamaverit, *populum istoc onere relevandum
 esse; alioquin, instar Siculorum, plebem concitatum
 iri.* Interea undiquaque gentium
 rumore vulgato, fit concursus multitudi-
 nis, exoritur clamor, **VIVAT REX HI-
 SPANIAE!** & *pereant mali Consiliarii!* In-
 de lares incessabant eorum, quos authores
 malorum putabant, & omnia mobilia
 Vulcano permittebant, ita ut damnum i-
 gne datum, ultra 200000. Coronatorum
 aestimatum fuerit, de lotis omnibus indici-
 bus & tabulis rationum. Circa meridiem
 crescente tumultu prope 6000. in armis
 stabant, quæ ex armamentario attulerant.
 Hi circa secundam pomeridianam Prore-
 gis palatium adire, magnum clamorem a-
 gere, 4. vel 5. ex excubitoribus vulnerare,
 reliquos ad abiiciendum arma, & in fugam
 adigere; ita ut Prorex populo ex palatio ad-
 clamaverit, quiescat, iubens, omnia se tri-
 buta adempturum, modo quem ipsi præ-

Julius.
 Anno
 1647.

Julius.
Anno
1647.

scripturus esset; at populus jam concitatus, surda aure intelligebat, sed cautionem in scriptis petens, in palatium irrumpebat, disturbabat, disjiciebat, quodcunque obviam factum; ita ut Prorex à tribus Nobilibus comitatus, fuga salutem quærere coactus fuerit. Is in templum quidem D. Francisci abiturus erat, sed plebs moram interjiciens summa vi exposcebat, dari sibi satisfactionem, & tolli onera. Spem autem eius fefellit Hispani astutia, qui cum Nobilibus multitudinem sparsa auro demulcebat, interim ex manibus eorum in templum se surripiens. Eos extractum populus petitis graviter institit; & Cardinali Filomarino mediatore usus, eo ablegato petiit, dari sibi Proregis autographon, visum, quo modo tributa relaxaturus esset: id quod factum, & scriptura populo per fenestram adiecta fuit. Hinc Dn. Cardinalis in forum, ubi populus armatus stabat prodiens, porrexit, qui eam iuxta petita conceptam deprehendit. Eadem die reclusi carceres, & captivi educti. Postero Lunæ, tempore antemeridiano, omnes aggravationes amotæ: & panis 13. unciis gravior indictus. Interim vulgus furore actus aliquot palatia diripuit, concrematis quibusvis rebus, manibus eorum sese offerenti-

rentibus, ex quo Duci de Cornivano da-
mnum 30000. scutorum, & quod ex-
currit, illatum.

Julius
Anno
1647.

Compositio autem, quam mediante
Cardinale Filomarino, Archiepiscopo Ne-
apolitano, Pro-Rex, cū direttore civium,
Thomaso Anello Amalfiano, 21. annorum
juvene, fecerat, sequentibus capitibus
consistit. I. *Omnia ac singula privilegia, à
Regibus Arragonia, Ferdinando Catholico,
& Carolo V. Imp. Rom. indulta, populo in Ori-
ginali traduntur; & si originaliter ad locum
non sint, Excellentia sua asssecurationem præ-
stet, allatum ea ex Hispania.* II. *Si Vicarius
Regius pollicebitur, quòd intra trimestre Re-
gis Hispania Rationem exhibere velit, o-
mnis dehinc commotio facessito, & è contra
sensus privilegiorum marmore exscriptus, di-
versis civitatis locis, in perpetuam rei memo-
riam, erigitur.* III. *Privilegiis etiam rela-
xati carceribus fruuntur.* IV. *Singulis tri-
mestribus centi Deputati fiant, populum obser-
vatum.* V. *Omnia tributa tolluntur, & casu
eveniente, quo Rex Hispania opus habuerit,
Majestatis sue cum his copiis ad extrema usque
suppetia feruntur; &c. & id genus alia, quæ
Prorex Collateralis sui & aliorum consilio
ac iudicio, non tantum comprobavit; ve-
rum etiam ut firmiter observentur, in Aede
Divi*

Julius.
Anno
1647.

Divi Laurentii iuramento se adstrinxit. Populum quoque fidelem iudicavit, & cum nihil nisi allevationem, noviter iniunctorum vectigalium, petierit, criminis læsæ Maiestatis reum non esse: quod ita per diversos Curiores vicinis locis proclamandum, & omnia tributa remittenda, mandavit.

Cùm autem postmodum Thomasus Anellus de Amalfi, iusto maiorem sibi potestatem arrogaret, & quasdam vehementiores sententias, etiam contra sua ipsius mandata, exequendas ordinaret, incolæ tanto in eum odio exarserunt, ut in foro publico hominem jugulaverint, atque cum duobus eius consilioferis per plateas traxerint: è diverso duo ex populo interiëre, quorum unus in furno pinsorio combustus alter in frustra dissectus fuit, Thomasi Anelli cadavere, qui Dux civitatis fuerat, ducentibus 15000. (alii habent 150000.) hominibus, principali sepultura honorato.

Ne autem malum latius serperet, etiam Romæ multa victualium vectigalia remissa, & per Legatos Hispanicos Gubernatori Ducatus Mediolanensis iniunctum, ut idem effectum det, antequam & ibi populus obedientiæ cancellos rumpat. Eadem rebellandi causa excivit etiam Consentienses:

ses: quos secuti Aquilenses, deinde Barrienses, tum Sellentes, & plures aliorum locorum inquilini, in inferiore Italia. Ibi multi Nobiles, ut tributa extorquere ausi, trucidati; at Messinæ 30. seditiosi suspensio ornati sunt: quo eodem mortis genere etiam fures quidam tumultuarii, qui magnam argenti copiam surripuerant, in castello Neapolitano, populi assensu, vitam finierunt. In Calabria Princeps Masdæus, & Nandix Comitis Conversani Castellanus, à subditis interemptus fuit, palatius eorum igne exustis. Ita nunquam non superbum dominatum Deus ultrici manu persecutus est: qui faxit, ne eiusmodi aliquis motus etiam Germaniam concutiat.

Aprilis
Anno
1647.

Ex Italia in Cataloniam vela dirigo. Ibi Comes Harcurtius aliquo ab hinc tempore Proregis officio, non sine gloria functus est: sed cum Leridanam obsidionem, de qua pagina 64. & seqq. libri antecedentis diximus, potius suo arbitrio quam regio iussu susciperet, postea re infecta, & magno damno accepto, desereret, regia gratia excidit; eiusque loco Princeps Condæus Cataloniensi expeditioni perficiendæ surrogatus fuit. Is, cum in viam se dedisset, à civitatibus, quas transit, hospitio exceptus, & muneribus largè affectus fuit: quem

Gallorum
in Catalo-
nia advera
sa fortuna

(ut

Maius.
&
Junius.
Anno
1647.

(ut Lugduno Gallorum, de dato 7. Aprilis, habetur) duobus octiduis 10000. pedum, & 2000 equitum, secuta sunt. Apud Pontem S. Spiritus, Gallis *Pont de S. Esprit* dictum, obviam illi veniebat Harcurtius, cui se per-quam humanum exhibuit, totam horam colloquio eum demunlcens. **11.** Aprilis Barcelloenam adventabat, ubi Ordinibus iuramentum Proregis præstitit: & cum ne dimidiam quidem partem & copiarum & comæatus, quantum quidem ipsi promissum fuerat, inveniret, emissio cursore Regi id significavit, & Officiarios quosdam, rem tormentariam administrantes, quod, quæ debebant, non ad manus haberent, laqueo donavit. Re tormentaria ergo potiore partem deperditâ, ad eam reparandam (hoc enim ut faceret, Lutetia 2. milliones librarum Gallicarum transmissi sunt) equitatum, qui sex millibus æstimatus, devastatum Arragoniam abire iussit: ipse locum quendam, qui alicuius momenti esset, obsidere volebat. Interim Hispani Tarragonam, Tortosam, Leridam & Fraquium, tam milite quam comæatu, optimè obfirmabant. Postquâ deinde apparatus redintegratio facta, Condæus Tarragonam tentavit, at explorato, quod locus 1200. militum subsidium accē-

accepisset, eo relicto Leridam adortus est, **Majus.**
 quæ 400. equitibus & 1500. pedibus de- **&**
 fendenda commissa erat. Ubi cum Con- **Junius.**
 dæus colles tormentarios præparasset; & **Anno**
 civitatem ipse recognoscere vellet, Rector **1647.**
 præsidii, Dominus Gregorius Britto, vigi-
 lantissimus & vivacissimus miles, cum
 600. sclopetariis, & 200. equitibus eru-
 ptionem fecit, quod non sine Gallo da-
 mnorum exiit. Hi quidem Hispanos à ci-
 vitate intercluserant, sed & iplis à machi-
 nis repulsis, Hispanis accessum permittere
 eos oportuit. Ineunte Junio Galli cunicu-
 los suos usque ad fossam civitatis produxe-
 rant, suppositis cuidam arcis propugnacu-
 lo vineis. In eos jam iterum oppidani egre-
 diebantur, qui interemptis ex statione Ma-
 rasinianæ legionis 4. gregariis, & 7. Offi-
 ciariis, à Gallis aliquali suorum damno in
 civitatem reiecti sunt. Secunda Junii, 5.
 vesp. Dn. de la Valaire, Flixix Præses, dum
 aditus sulcat, ex ictu canonico vitam fi-
 nit. Condæus quidem opera sua mœnibus
 admoverat, sed magno numero, & 20. Of-
 ficiariis amissis, ita ut totius exercitus ro-
 bur vix adhuc 14000. peditum, & 4000.
 equitum contineret, in eius auxilium
 2000. Helvetiorum navib. imposita sunt,
 istuc profectura. Tertia Junii, arx ex 2. ag-
 F geri-

Junius,
Anno
1647.

geribus, quorum uterque 7. tormenta sup-
portabat, quassata. Septima eiusdem eru-
ptio facta in Helvetios, quorum 40. cum
2. Capitaneis & Directore rei architecto-
nicæ, mortem obierunt. Iis suppetias ibat
Condæus cum legione Balthasaris tribuni,
cui id periculi obtigit, quod Nobilem
quendam machinæ globo latere suo abre-
ptum viderit, ex obsessis autem 20. & con-
cisi & capti fuerunt, cæteris in fugam actis.
Alia eruptione, & quidem postrema, quæ
in quintam tracta horam est, ex utraque
parte 200. perierunt, inter quos fuit &
Gallorum Generalis, Comes Clemontius,
& Hispanorum Vicarius oppidanus; sed
Dux præsidii glande sclopeti vulnus in ca-
pite accepit.

*Lerida obsi-
dionem de-
serunt.*

Animadvertens igitur Condæus, loci
expugnationem propè impossibilem fore,
& quod aliquot millia militum è suis ami-
serit, qui partim concisi, partim schedulis
Hispanicis dimissi sint, & quod multi quo-
que ex Officiariis occubuerint, consultius
duxit, loco, priusquam Hispanorum, ad
eum eximendum, ad Fraguam collectus
exercitus in pedes surgeret, castra subdu-
cere, & ita residuam Cataloniae partem
conservare, quàm rem ancipiti eventui re-
linquere. Ideòque consilio Senatus mili-
tariis

tatis iusto ordine Ballaquieram, & cum exercitu & re tormentaria profectus est.

Junius
Anno

Subductis ita copiis, Marchionem Mosæum Lutetiam ablegavit, relatum Regi, *1. Catalonienses mandatis suis morem non gessisse, nec expugnationi adiutores esse voluisse, sed solos Gallos fungi hoc officio oportuisse. 2. significatum, mortem Marecalli de Valaire, qui glande sclopeti interierit, Ducum Gallicorum præstantissimus, & qui in studio fortificationis reliquorum facile Princeps fuerit, qui conditionem munimentorum oppidanorum ante omnes accuratius perspectam habuerit, ita ut ab eo tempore sine gravi damno regij exercitus, nec sulcos transitorios continuare, neque obsessorum adoriri potuerint. 3. Coniectas à prædianis in castra schedulas dimissorias, Italicè & Gallicè scriptas, quibus Hispani, iis, qui vel abeant, vel deficiant, & prædianorum veniam, & nummum Coronatum, & quod quisque secundum conditionem suam bene accommodari debeat, polliciti sint, ita ut ex Cataloniensibus jam aliquot millia, ne quid de aliis dicatur, transfugerint. 4. Diffidentiam Cataloniensium, in comparanda annonæ, rebusque aliis necessariis. 5. Numerosum robur exercitus Hispanici, qui ad ortum castra Gallica loco moverit; nec non prædianorum multitudinem (quæ major quam quis putaverit:)*

1647.

Et causas
ad Regem
perscribunt.

F 2

quibus,

Junius.
Anno
1647.

quibus, si unà cum Hispanis eruptionem fecerint, resisti non potuisse. 6. Abundantiam rerum; quâ civitati in universum annum prospectum sit; conjurasse etiam præsidarios, quævis extrema perpeti, & si civitas expugnata fuerit, in arcem se recepturos; quæ horrèndum munita, civitatis habenas ducat. Has aliasque causas Cataloniensium animos deiecisse, quòd Condæus sollicitus sit, ne amisso exercitu, tota quoque provincia amittatur, & idcirco castra aliò traduxisse. Nec minus Condæus per Dn. Mossæum à Rege petiit, detur sibi licentia revertendi in Galliam, relatum ore tenus suæ Majestati totius rei statum; quod hac conditione assecutus dicitur, si videlicet res Cataloniensium in eum statum restituta fuerit, in quo eam repererit: quibus quiesco.

Bassæ Gal-
liæ deditur.

Ufus autem æquiore Marte Dominus Gassion in Flandria est. Is enim cùm à transfuga intellexisset, Bassæam non plures quàm 160. milites defendendam incolere, actutum cum exercitu accurrit, locumque obsidione complexus, nocte dieque oppugnando graviter perstitit, donec tandem (900. subsidiariis in eorum auxilium properantibus victis, ex quibus 200. peremerat, 300. ceperat, reliquos Ypram fugaverat:) ad paciscendam deditioem adegerit.

rit. Archidux exercitum quidem istuc ad- Junius,
ducere, & locum obsidione eripere lara- Anno
gebat, sed is justo serius venit. Etiam Gal- 1647.
los adoriri statuerat, qui proximè ad Bas-
sæam copias locaverant; sed cum ex utra-
que parte sat diu tormentis concertatum
fuisset, Gallorum munitiones in eo statu
invenit, ut re infecta discesserit. Hic in præ-
sentissimo vitæ periculo Serenissimus Ar-
chidux constitutus fuit: Globus enim ful-
minalis ex Gallorum castris veteranum a-
liquem murum comminuebat, ex quo la-
pides, tam ab anteriori, quam posteriori
parte, in Archiducem resiliences, cristam ex
pileo abriperunt.

Landresio ab Hispanis obsesso, ut paulò *Qui etiam*
post audiemus, Galli interim cum præsi- *Dixmudam*
dio novum militem adicere non possent, *occupant.*
locum per modum diversionis obsidione
eripere tentarunt: eo fine Dn. Gassion Bas-
sæam aggressus suæ potestati subiecerat:
Dn. Ranzovius, Dunkirchiæ Gubernator
ubi Galli per-quàm insolenter agebant)
sex millibus ex vicinis præsidiis collectis,
Dixmudam, quæ viæ repagulum versus
Neoportum & Ostendam est, copiis cinxit:
& cum exteriora munimenta omni milite
denudata deprehenderet, tertio assultu lo-
cum expugnavit, præsidiariis, quos pars

Junius.
&
Julius.
Anno
1647.

125. tantum; pars 1000. milites fuisse volunt, potissimam partē contrucidatis. Inter occisos Baro de Nesle; inter vulneratos, Marchio de Mormodin fuit. Inde 21. Julii Ambiani in æde D. Johannis decantatum fuit, TE DEUM LAUDAMUS; clangentibus ex castello machinis; etiam ignibus sub noctem per civitatem in signum lætitiæ collucens: quod eodem 24. eiusdem Parisiis, præsentibus Camerario Galliarum, Paribus Franciæ, Camera Rationariorum, Consilio subsidiorum, (*la cour des aides* vocant) & Magistratu urbico, in templo D. Deiparæ factum est.

Et novum
aggerem
Neoportianum.

Feliciter etiam Dn. Ranzovius præterita hyeme congestum, sed nondum ad perfectionem deductum aggerem novum sui arbitrii fecit, inter Dixmudam & Neoportum situm. Is enim 29. Julii Dixmuda digressus, etiam si Hispani robustum subsidium sub Marchione Sfondratano collegerant, 30. huius ibidem copias exposuit: sed aliquo damno accepto secedere eum oportuit. Cum deinde Galli nova præparatoria facerent, locum maiori vi adortum, Gubernator Neoportianus & tormenta & præsidiarios avocavit, quo pacto Galli aggerem milite communicarunt.

Neoportum

Etsi autem postea etiam Neoportum
aggredi

aggredi voluerint, infelici tamen id eventu Julius. exit. Dum enim novum aggerem milite & firmant, interea Hispani istuc profecti, di- Augustus versis locis, Stillia, Hauplino, Delfemonte, Anno Warnestono, & amplius legiones diffude- 1647. runt. Itaque Marchio de Carascena *autem infeliciter obsident.* 1200. equitibus Boieram veniens, Penam fluvium traiecit, & recta Neuportum tetendit: cui postero die Princeps Lignæus, cum 4. vel 5000. Ypram prætergressus, secutus, ipsius Archiducis præsentiam præstolantes. Sed re explorata Ranzovius novo aggere disjecto, Vuernam recessit: Eum secuti Hispani prælium inierunt, in quo ex utraque multi & occisi & capti sunt. Inter postremos fuit etiam Agnatus Marecalli Gassionis, qui Neuportum abductus, animam ibi efflavit: Gallos autem Hispani Dixmudam usque persecuti sunt.

Capto Armentirio, de quo superius, Landresium & Archidux 24. Junii, sub crepusculo matu- contra ab Hispanis tino, duobus vehiculis, conducentibus 2. expugnatum. cohortibus equestribus, Valentiam delatus, ibi cum Magistratu civico transactionem inivit, ut videlicet ad sustentandum exercitum pro 28000. florenis frumenta compararet; Inde ad Montes, Hannoviae civitatem, progressus est, accepturus 240000. florenos, quos Status provinciales

Junius
&
Julius.
Anno
1647.

les contribuendus promiserant, si locum aliquem ipsorum commodo inservientem obsessurus esset. Castra tū temporis inter Buchhainam & Cameracum hærebant, ex quibus ter mille equites Scaldin Landrenium versus, itinera exploratum, dimissi, qui ea adhuc die, videlicet 26. Junii, pagos Doræum & Castillionem accesserunt. Archidux autem Buchhainæ, Marchio de Carascena in oppido Ivoys substitit.

XXVII. Junii Comes Buquoyus castra ingressus, legiones convocavit, obsessum Landresium. Est autem Landresium primaria, eaque munitissima Hannoviæ civitas, ad Sambram fluvium ædificata, quæ anno Christi 1543. à Carolo V. Imp. oppon expugnata fuit. Cum ergo Galli, effluxo decennio, à mense Junio anni 1637. usque ad eundem anni 1647. computando, ex comitatu Hannoviæ 5475000. id est, quinquagies quater centena, & septuaginta quinque millia florenorum, tributū expresserint; Status provinciæ autem, duobus id adhuc annis continuaturos in se receperint, si Gallorum servitute eximi possint; commotus hinc Archidux, locum circumsedendum decrevit, iubens ut aliquot millia rusticorum, ad maturandam castrorum circumvallationem evocentur.

De

De dato 27. Iunii usque 6. Iulii, Hispani- Julius.
 corum potissimus labor fuit sui muniendi, Anno
 & contra praesidiariorum eruptiones, & ho- 1647.
 stis exterius adventantis assultus. At Galli
 2. Iunii loco opem laturi, usque ad statio-
 nem ipsius Archiducis penetrarunt; in quo-
 rum occursum 4. phalanges ablegatae, quos
 inter unus atque alter conflictus subortus,
 & Marchioni Pallavicino, eo ipso dum ser-
 monem cum Archiduce sereret, equus, cui
 insidebat, globo traiectus fuit. Opinaban-
 tur Galli sub fumo, qui ex utriusque par-
 tis tormentis ascendebat, versus sylvam
 500. se praesidiariis adiecturos, sed cum
 Lotharingii, quorum ibi statio erat, adi-
 tum occluderent, non sine damno retroa-
 cti sunt. Tertia huius, Galli Generalis Bec-
 cii stationes involabant, & dum conflictus
 habetur, aliquid civitati superaddebant. A-
 nimadverso autem, quod vi parum profe-
 cturi essent, ea adhuc nocte, etiamsi ma-
 gnus imber deflueret, itinere versus *Chaste-
 au en Cambr.* instituto, recesserunt, bona
 interim parte globorum tormentariorum
 & pyrobolariorum in via amissa. Obsessi
 dirigente Marescallo Hendecurtio, nocte
 dieque dislosionibus insumptis, saepius e-
 rumpebant, ut obsessores crederent, plus
 inesse loco copiarum, quam principio pu-
 tave-

F

S

tave-

Julius.
Anno
1647.

taverint. Perfectis aggeribus civitas ex 4. colliculis, 38. tormenta sufferentibus vehementer infestata, & sulcandis aditibus, ex 2. castrorum stationibus extremus labor effervescebat. Cum deinde rumor increbresceret, Leridam, Hispaniæ civitatem, Gallorum se obsidione vindicasse, Archidux ad significandam gaudii magnitudinem tertium ex machinis contra civitatem triumphavit, quibus oppidani masculè replicarunt. Die 13. 14. 3. 4. Julii cum Archidux tam munitiones exteriores quam opera cornuta, de noctu assultu petiisset, cuniculos incendisset, ut præsidarii in civitatem abacti essent; tandem deficiente succursu 16. 6. transactionem inierunt, & 18. 8. 2. machinis armati, cum sarcinis, circiter 400. numerum referentes, Landresio egressi, Guisam venerunt; ita ut finita obsidione, Hannouia Gallico tributo liberata fuerit, quod singulis mensibus singula centena millia Imperialium excedebat. Quin imò Campania, cum parte Piccardiæ, Hispanorum contributionibus subiecta. Landresium Comes Buquoius reparari iussit, postea cum suis phalangibus Archiducem Duacum secutus. Fervente obsidione Archidux Principem Lignæum 3000. equitibus Atrebatum versus ablegave-

gaverat, dato quoque Protribuno Ducis Martius
 Lotharingæ (cui Serenitas sua, quod co- &
 pias à Mosella in Flandriam duxisset, Aprilis
 100000. florenorum, pro remuneranda Anno
 opera, cum hybernis promiserat) manda- 1647.
 to, ut mille equitibus sequatur: Is post ha-
 bito Principis iussu, consilia Gallis enunci-
 avit, qui ob id versus Lignæum itinere su-
 cepto, eum, ut loco cesserit, adegerunt. Ita-
 que Archidux Senatus militaris iudicio
 hominem obtruncandum ordinavit. Tan-
 tum est magnatum consilia propalare.

Insula MENAVIA, de qua Münsterus *Neuburgii*
 libro 5. de Germania, fol. m. 938. ad lacum *arx ad lacu*
 Podamicum, dimidio milliari infra Con- *Podamicu*
 stantiam versus Uberlingam sita, domus *capta.*
 est, & valde munita, & perquam amœna,
 Equitum Ordinis Teutonici, cuius Com-
 mendator ibi sedem habet, Principe di-
 gnâ; & quia subditis pollet, more magno-
 rum dynastarum vitæ statû ducere potest.
 Eam Suecici militi suo custodiendam de-
 derant: eam verò Cæsareanorum præsidii-
 arii, Constantienses, Uberlingenses & Lin-
 davienses; statim cum Suecicæ cohortes
 Lindavio (ubi datum damnum ducento-
 rum millium florenorum æstimatum fuit)
 digressæ essent, nonnullis navibus assilie-
 bant, sed quos loci Præses non sine damno
 repu-

Majus.
Anno
1647.

repulit. Interea Cæsareus Generalis, Dno
Adrianus Baro ab Enckenfort, 1500. mili-
tibus per Tyrolensium iuga Feldkirchiam
delapsus, cum Briganti (quæ iam Cæsareū
præsidium alebat) quædam navigia, ali-
quo peditum & equitum numero referta,
Constantia & Cella accepisset, munimen-
ta illa reparare voluit, Suecicos ex arce
Neuburgensi eiecturus. Hoc fine cum
quibusdam machinis istuc profectus, cum
eas ad inferendam vim imbecilliores ani-
madverteret, duabus maioribus ex Hohē-
Embs adductis, earum beneficio, alioque
apparatu bellico, custodem loci, Reichhar-
dum Grahamium, Centurionem, ad tran-
sigendum coëgit: id quod 23. 13. Maii ab
utraque parte & subscriptum & subsigna-
tum fuit: quo facto, Cæsareani continu-
andis aggeribus suis defensoriis apud Emb-
sium, quibus 5000. milites locari possunt,
omni opera insudarunt.

*Gestacato-
ra ad eun-
dem locum.*

Alioquin hoc tempore Benfeldio versus
Uberlingam 200. centenarii munitionis
tormentariæ Rheno traducti sunt, Suecicis
arcis Duellii custodiæ præfectis tradendi.
Ephorus enim castelli eius (cui Comitem
Königseccium centum ducatos contri-
buere oportuit) alique eius vicinæ Guber-
natores Suecici in primis Uberlingensis, in
ador-

adornandis præparatoriis diversabantur, Aprilis & ut Constantienses (quorum Gubernator, Majus, Tribunus Rostius, Suecicis familiariter Anno notus, obtinuit, ut eorum naves dehinc 1647. non ita propè ad civitatem accesserint) iudicaverint, brevi istic locorum novum periculum exsurrecturum. Uberlingæ (quæ Münsterus *Iburgingam* appellat) paulò ante 200. Finnones, quibus in fabricandis navibus singulare artificium ascribitur, adpulerant: His loci Præfectus duas construendas, quarum utraque 16. tormentis recipiendis sufficiens esset, conduxit, iis Suecicarum navium peritos adiuncturus. Quibus perfectis, plures fabricandas dare, secum jam constituerat, quo fine aliquot centena quercuum cædi iusserat, Menaviæ Gubernator, acceptis Uberlinga 100. milibus, accolas trans lacum degentes, ad congerendos aggeres severè citavit, quod si detrectent, pagos ipsorum accensurum minatus: quibus ex adversa parte Constantienses & Uberlingenses sub eadem comminatione, paritionem interdixerunt. In lacu autem Podamico Suecici, ut omnia commerciorum genera, exceptis armis & frumento, libere transirent, passi sunt.

Terminante Iulio, Tribuni Caspari 8. *Wangia* & turmæ dimacharum, cum 200. peditibus *Giessa* ex-
Isnæ pugnatae

Julius & Inna ex improviso stationes occupaverant.
 Augustus Civitas hæc à fluvio Inna, qui eam præter-
 Anno labitur, nomen traxit, pago originem de-
 1647. bens. Exinde, quem modo nominavi,
 Caspari tribuni copiæ, prima Aug. St. Greg.
 ad expugnandam Wangiam, quæ Imper-
 rii civitas est, consilia inierunt, & acceptis
 quibusdam scalis, istuc profectæ, opera
 cœmentarii cujusdam, qui transfugerat,
 per aliquod ostiolum in civitatem subin-
 trarunt, eamque, quinque ex Suecicis ibi-
 dem hospitibus usis, interemptis, & 20. cum
 aliquo equitum Magistro, & locumtenen-
 te Lindaviam in captivitatem abductis, suæ
 potestatis fecerunt, hoc modo Suecicis U-
 berlingenibus & Memmingensibus con-
 tributiones intercepturi. E diverso Sue-
 cici Uberlingæ commorantes, 36 sclopeti-
 feros Constantienses (quos prope Mana-
 viam offenderant:) in templum aliquod
 fugere compullos, eos unâ cum suis homi-
 nibus, quos secum habuerunt, 7. exceptis,
 jugularunt. Deinde Duellianitia tormen-
 ta, quæ Ravenspurgo applicari debuierant,
 occuparunt. Intercepta Wangia, quam
 totam exspoliarunt, Enckefortius & Ca-
 sparus, instituta Lindaviæ delibetatione,
 cum copiis suis, & parte præsidii Linda-
 viensis, additis duobus dimidiatis mura-
 libus,

libus, Ravenspurgum & Leutkitchiam adorti sunt, at quod in mœnibus foramen repertum, quod duo cives ex crimine proditionis in carcerem conjecti essent, quod præses loci arcem suppositis flammis in cineres redegerit, Casparici Ravenspurgio relicto aliò concesserunt: Postea tamen 500. ex Lindavia & Constantia adacti, ita ut 2500. eorum corpus effecerint, arcem Gießen / non procul Lindavia distant, 2. crocodilis, & totidem machinis fulminalibus conquassarunt. Suecici quidem aliquot dierum spatio sclopetis & tormentis uncatis arcem egregiè propugnabant; sed auxiliis deficientibus, tandem Mercurii 17.7. Augusti ad transigendum coacti sunt; quidam, qui cum ordinum quodam ductore, pugnam detrectarunt, sub vexilla distributi, Gubernatori cum reliquis gregariis libera abeundi facultate concessa.

Julius
&
Augustus
Anno
1647.

Iam iter in Sueciam est. Ibi Ordines Comititia celebrat, q̄ priori libro Mercurius noster humanissimo Dn. lectori intimavit. Iam in publicando Recessu occupati sunt. Id 24. Martii in Curia regni ex more solenniter factum, his inclusis capitulis: *Quòd videlicet Ordines regni descriptiones & contributiones, etiam anno hoc 1647. & qui sequitur, 1648. colligendas decreverint: etc*

Martius
Decretum
Comitiale
Ordinum
Suecia.

exerc-

Martius.

Anno

1647.

exercitus, donec Astrea redeat, eo statu con-
servari possit, quem adversariorum, rebus sic
stantibus, conditio requirit. Finito actu
 publicationis, simul 8. Senatores regni,
 iuramentum officii Reginae & Statib⁹ cor-
 poraliter praestiterunt: eo quidem nume-
 ro & Dn. Torstensonii Excellentia com-
 prehensa fuit; at quia propter fluctuantem
 valetudinem ad iurandum comparere non
 valuit, loco iurisiurandi literae eius Rever-
 sales lectae sunt.

Alij casus
Stockhol-
miae fre-
quentati.

Refert jam porro Mercurius noster, Co-
 ronationem Reginae, sed absque certa de-
 terminatione temporis, in annum futurum
 dilatam, & exaedificandae arcis Upsaliae ne-
 gotium strenue promoveri, ad celebran-
 dum in ea coronationis regiae actum. Tum
 etiam Spiringio in Batavis agenti, iniun-
 ctum, ut 25000. ulnas, potiore sui partem
 ex auro textorum taperorum, singulas ulnas
 singulis 20. vel 30. Imperialibus aestimatas,
 conficiendas mandet. Die 17 Martii Re-
 gina Comiti Gabrieli de Gardia dignitate
 Senatoris regni contulit, atque eum die il-
 la introduxit: eorum vero, quos dicta He-
 roina, elapso biennio, & in Comitum at-
 que Baronum Ordinem elevavit, tum et-
 iam Nobilium numero adscripsit, circiter
 64. fuisse, qui postrema hebdomade
 Stock-

Stockholmia in matriculam relati : ad Aprilis
 perficiendum etiam ædificium magnæ do- Anno
 mus equestris certam auri summam ab Or- 1647.
 dinibus matriculæ inscriptam esse. Fluente
 Aprili in expedienda Reginae ratificatione
 armistitii Bavarici, laboratum. Et accidit,
 ut Leopardus, priori anno à Duce Chur-
 landiæ, Reginae dono transmissus, cavea
 laxatus, pedissequam aulicam discerpserit;
 fortè fortuna autem aulae Marecallum
 præstò fuisse, qui bestiam globo trajecerit.
 Interim Stockholmia navis bellica, pro
 Dn. Cardinale Mazarinio fabricata, Emi-
 nentiæ suæ, si colophonem artificis manus
 imposuisset, cum necessario apparatu,
 transmittenda. Ita etiam 4. illæ triremes,
 quas Rex Gallia per Ministrum Stockhol-
 miae degentem construi jusserat, videlicet
Leo Smalandicus, Iupiter, Regina & Vena-
tor, expeditæ ad laxandum vela in littore
 arenam premebant, omnes machinis me-
 tallicis instructæ. Ideoque Maior quidam
 navium, *de Quesne* vocatus, cum quibus-
 dam Officiariis, & præterea nonnullæ na-
 ves cum remigibus, Stockholmiam vene-
 runt, mandatum adferentes, ut Gedanum
 anchoras solvant, & cum copiis, non ita
 dudum ibi conscriptis, Dunkercham veli-
 ficent. In sæpius adducta aula Stockhol-
 miana

Junius.
&
Julius.
Anno
1647.

miana Maior Generalis, Johannes **Wachtmeister** / in Præfectum stabuli; Laurentius de Linde, in Maiorem Generalem & Comendatorem Stadæ, & istuc pertinentium præsidiorum declaratus, proximè cum novis Suecorum copiis, toto sui robore, & equestri & pedestri, ad 8. ad 9000. excurrentibus, in Germaniam transfretare, & officio præesse debuit. Die 23 Junii Suecica Legatio, in Russiam deputata, Narvam versus vela ventis dedit. Capita sive Principes Legationis erant, Dn. Baro Ericus Gùldensterna, Senator regni, Dn. Tribunus Johannes Wrangelius, & Secretarius Laërtius Canterstein: Comitatus excedebat 100. personarum numerum. Habebant secum plurima, eaque egregia munera, putà argenteas lagenas, pocula & mal-luvia, auro obducta, quæ 1000. & 1500. uncias æquabant, in universum 20000. Imp. prætiū referentias. Decima Julii, Dn. Comes Gustavus Gustavsonius Stockhol-miam rediens, iter in Germaniam adorna-vit. Mandatum is habuit, Reginam vi-duam Berlino Wollinum abductum, ubi in posterum commorari debeat. Decima sexta Julii, dum Stockholmiæ festum so-lenne precarium celebratur, durante re di-vina, sicarius quidam gladio & 2. cultris, in
reginam

reginam insurgere ausus est. Is usque ad Junius.
 anteriores excubitores cohortis prætoriae Anno
 pervenit: etsi autem unus ex Senatoribus, 1647.
 qui hominem noverat, edixisset, ne ulterius
 intromitteretur, tamen mastigia eò
 magis penetravit, donec Comes Palatinus
 sese opposuerit, & Centurio excubi-
 torum hominem exarmaverit, ubi graviter
 vapulans ex templo per populum raptus,
 & in arce in carcerem abductus fuit: quò
 libenter abivit. Ideo enim dicebat se fecis-
 se, ut inde mortem, vitæ satur, acceleret.
 Quod an ita se habeat, an aliquid subtus
 proditionis lateat, suo tempore in apricum
 exponitor.

Quod devicto Schwinfurto exercitus *Exercitus*
 Suecicus, postquam aliquot ibi dies quieti *Suecicus ex*
 dedisset, in Bohemiam retenderit, superius *Franconia*
 aliquantum innuimus. Cum ergo rem e- *Bohemiam*
 questrem in solo Franconico probè præpa- *ingreditur.*
 rasset, peditatus quoque non minori stu-
 dio suo commodo invigilasset, nascente
 Junio 4. 14. ejusdem, Bambergam iter pro-
 movit: omni robore 88. signis pedestribus,
 52. muralibus cum 300. curribus tormen-
 tariis æstimato. Hi Bambergam permean-
 tes versus Staffelstenium & Schesliti-
 um, Marchionatus Byrruthini vel Culmbacen-
 sis, oppida, equitatum secuti sunt. In pro-

Junius.
Anno
1647.

xumo civitatis Culmbacensis, loco & pulcro & egregio, castello ex edito monte inspectante, apprimè munita castra locata, & tormenta per civitatem acta sunt. Quod etsi non sine laude reflorescentis disciplinae militaris factum, tamen transitus hic & incolis & accolis, non sine damno fuit. Dimidio à civitate milliari, exercitus in duas partes ita digressus est, ut 4. legiones equestres, & agmen aliquod peditum, Curiam Variscorum profecti, alpes Franconiae superarint; quibus centeni aliquot pedites ex Erfordia & Lipsia, cum quibusdam machinis conjuncti: reliqua exercitus pars, ductore Domino VVrangelio Egram versus viam emensa est.

*Pars ejus,
arcē Curia
Variscorum
in deditiōe
compellit.*

Tametsi ergo copiae hae, sub Gen. Maiore Löwenhaupt, & Ephoro Erfurdiensis praesidii, quantocyus à Curienibus in civitatem admittae; tamen qui arcem protegendam acceperat, Caesareus aliqui vigiliarum Magister, in nullam accommodationem flexibilis apparebat; sed omni vi sese opponebat, donec Suecici duos cuniculos egerint: ubi tandem Jovis 17. 27. Junii ipsorum arbitrio sese submitit, & cum superioris ordinis Officiariis loco excessit, minorum gentium diis, cum gregariis sub signa distributis. Arce postmodum praesidio

dio firmata pars hæc exercitus ad Dominū Junius.
Wrangelium abducta in obsidenda Egra Anno
adiumento fuit. 1647.

Est autem Egra non minima civitatum *Et Egram*
Bohemicarum, non quidem intra montes, *postmodum*
qui Bohemiam coronæ instar, & veluti *cum reli-*
mœnia urbes suas circumdant; sed in confi- *quis obsi-*
nibus regni, solo frugifero & amœno, ad *dione cin-*
Egram fluvium, à quo citra dubium nomē *git.*
nacta est sita. Prioribus seculis Imperio
audiens, sua libertate gaudebat; jam vero
Regis Bohemiæ iussu sequitur. Eam ag-
gressurus Wrangelius, 9. 10. 11. 19. 20.
21. Junii cum peditatu & machinis cam-
pestribus istuc adpulit, cuius suburbia Dux
præsidi, Franciscus Paradeiserus flammis
subiecit, & cum militibus, quorum 1500.
tam pedites quam equites, fuerunt, nec nō
cum omni civium manu, ad faciendam
propugnationem, sese expedit. Wrangelius
coniectis pro ordinandis tormentis
aggeribus, inter superiorem & portam
Rammiam, civitatem, & quidem 14. 15.
24. 25. huins, vi muralium ita infestavit, ut
ex illo latere usque ad fluvium defensio ex
interioribus propugnaculis ferè nullius u-
sus fuerit. Sic etiam versus portam ovi-
nam, & montem Xenodochii, è regione
castelli, alia locavit, ex quibus nigram tur-
rim

Junius.
Anno
1647.

rim vehementer impetiit, excitato per tra-
jectas pilas ignivehas incendio, sed quod
oppidanorū provida cura in tempore re-
pressit, & numerosa manu eruptionem
fecit. Etsi autem continuis imbrium ca-
taractis, Suecicis aliquot diebus non par-
vum impedimentum obiectum; eatenus
tamen appropinquarunt, ut ad fossas civi-
tatis munitiones excitarint, ex quibus por-
tam superiorem turris arratae, partem eius,
quam vulgo appellant *den Beilthurn*, cum
etiam rotundum illud munimentum,
quod inter portam superiorem & fluvia-
lem est, machinarum explosionibus ita di-
verberavit, ut non solum obsessis defensio,
qua exinde usi erant, omnino erepta; sed
etiam præter prius incendium, de quo ante
dictum, *2. 3. Junii*, ex eiaculatis globis
igniferis, duobus locis denuo Vulcanus ex-
citatus fuerit, sed quem in tempore sedasse
è re oppidanorum fuit, à quibus iterum
eruptio instituta. Ad Egram quoq; Dn.
Gen. rei tormentariae Praefectus Witten-
bergius cum quibusdā copiis adventabat,
quo facto, civitas ex Wünselburgo, & ex
colliculo tormentario, qui 8. dimidiatis
muralibus, & 2. mortariis oneratus, in pro-
ximo fossae urbicæ extruct⁹ erat, magna ve-
hementia concussa fuit: actæ etiam vineæ,
ad

ad deiiciendum illum murum, quem vul- Junius &
 gò appellitant die *Sutter Mauer*/ quo fine Julius.
 centum circiter metallarii Greslingenses in Anno
 castra vocati. Tum Suecici exteriorem 1647.
 quandam munitionem sui arbitrii fecerūt:
 & quamvis structa subtus eam vinea disru-
 perit, paucorum tamen id impendio factū
 est. Die 26. Junii, 6. Julii, & coniciendis
 faxis, & eiaculando Vulcano maximo au-
 fu allobaratum, quod in magnum incen-
 dium defuit. Inde Rector præfidiariorum
 sequentib. dieb. videlicet 30. 31. Junii, 1. 2.
 Julii, conditiones deditiois obtulit, atque
 ut sibi & suis, cum impedimentis, additis
 etiam quibusdam civibus & incolis, & qui
 ad eos pertineant, emigrandi facultas da-
 retur, petiit: at repulsam passus, & incensis
 cuniculis, pars mœnium deiecta in fossas
 decidit: pali etiam, quibus porta Rammia
 circumsepta, disiecti, & civitas de novo
 maximo assultu coangustata; sed omnibus
 susque deque habitis obsessi, cooperanti-
 bus etiam civibus, enixa propugnatione al-
 laborarunt, & durante negotio diversas
 munitiones abscissorias coniecerunt. Die
 4. 14. Julii, obsessores tentarunt, an civita-
 tem vi expugnare possent; sed quia mœ-
 nium ruina, tanquam altior, id nondum
 admittebat, absque magno detrimento

Julius.
Anno
1647.

proposito potiri non poterant. Repetita ergo ex omnibus muralibus gravissima effulminatione, evenit, ut Commendator oppidi denuò transactione oblata, Wrangelium tribunum ad se ablegari expetierit, qui cum Chiliarcha Brunnio, intellectū quid velit, ad eum abire iussus. Sueci quidem abitum præfidiariis cum Sarcinis permissuri erant, sed prolixis hinc inde enatis verborum ambagibus, res incassum recidit. Ideoque obsessores indignabundi vim extremam experturi, Mercurii 7. 17. Julii, quarta illucescentis diei, decem muralibus gravioribus, postquam duo cuniculi subterranei vim suā bene exercuissent, contra civitatis opera abscissa, propugnaculum, & domos terra oppletas, summa vi detonuerunt, legionibus sub expansis vexillis adductis.

Cui deditionis necessitas similiter imponitur;

Hinc tandem aliquando Ephorus civitatis ad deditionem arbitrariam animam applicuit. Eo ergò adhuc diluculo Sueci duas portas suis observandas commiserunt; at sub meridie Gubernator loci, cum Officiariis maioribus, & ipsorum sarcinis, emigravit: inferioris ordinis Præfecti autem, una cū toto perfidio, quod in 3. turmis equitum, 5. cohortibus sclopetariorum equestrium, & 10. cohortibus peditum, consistebat,

sistebat, cum signis & vexillis suis, Suecicorum servitiis subiecti sunt. Tota obsidio 28. diebus viguit. In ea ex Suecicis 4. Capitanei, & 200. gregarii occisi; 200. vulnerati sunt; non desunt tamen, qui plures numerant. In civitate autem (quæ præterquam quòd maior equorum copia ipsi adempta, pro expianda exustione, & direptione campanarum & machinarum, 22000. Imperialium, certis terminis exolvenda, spondere debuit, exceptis iis, quæ Nobilibus aulicis, Iudæis & aliis separatim injuncta fuerunt:) tantum quatuor cives occisi, & 52. vulnerati; sed ex militibus 300. & interempti & vulneribus affecti dicuntur.

Julius.
Anno
1647.

Inventa ibi 27. tormenta tam majora quàm minora, commeatus & annonæ quoque magnus numerus, quæ brevitatis causa transilio. Ei defendendæ præpositus tribunus V Vanckius, cum legione sua dimacharum, qui, quæ devastata, reparanda ordinavit.

Reperto in
urbe egre-
gio rerum
proventu.

Ad eximendam obsidione Egranam civitatem Cæsar copias auxiliares subministrare omni opera visus: eamque ob causam Posonio Viennam, & Linzium, ulterius Budovisium ad exercitum iter maturavit: quo lustrato, & solutis stipendiis, vigin-

Cæsaream
in succur-
renda Egra
justo serius
veniant.

Julius,
Anno
1647.

ti, & quod excurret, millia equitum & pedatum numeravit; & ut voto potiretur, celeriter Pilsenam & Egram versus se in viam dedit. Sed interclusis itineribus ejus propositum Sueci fefellerunt; civitate suo arbitrio subjecta.

Dn. Gener-
alis de
Werb. &
Sporckii
tribuni, à
Bavaria de-
ficiunt.

Tollendæ obsidioni non parvo obstaculo fuit defectio Dn. Gen. Johannis de Werth, & Sporckii tribuni, ab Electore Bavariz. Hi enim cum quibusdam legionibus, quas Elector sibi obligatas habebat, easque per pontem, quo Danubium infra Ratisbonam junxerat, trajecerat, transitum & angustias superioris Palatinatus ab incurrentium quorumvis deprædationibus vindicatum, profecti, cum accepissent, quod Ephorus præsidii Ratisbonensis, s. Junii 12. tympanis, in omnibus areis impulsis, per tres coequitantes Officiarios, AVOCATORIUM Cæsareum, quo omnes Præfecti & Officiarii militiæ Bavaricæ, cum copiis suis, sub pœna amissionis officiorum, indignationis Cæsareæ, & aliarum, ad exercitum Imperii citati essent, publicasset; sui officii putarunt, Cæsareum præferre ministerium, & cum legionibus quibusdam ab Electore recesserunt. Hoc eorum proposito palàm factò, omnes legiones, non tantùm illæ, quas secum habebant,

bant, sed etiam tres aliæ, quæ cis Vilsho- Julius.
 fium secutæ erant, in priora diverticula re- Anno
 gressæ sunt: ita ut uterque Dux, uno atque 1647.
 altero tantum Officiario, & quibusdam e-
 quitibus in Bohemiam venerint. Crucius
 autem tribunus, cum aliquot Officiariis,
 Ratisbonæ substitit.

Hic verò secessus Electorem vehemen- Quod Ele-
 ter commovit: ideoque re intellecta è ve- ctor Bav-
 stigio de dato Monachii 4. Julii ad Consi- ria agrè a-
 lium seu Regimen Ambergense literas per- cepisse vi-
 scripsit, in hunc tenorem conceptas: detur.

*Maximilianus, Elector Bavariae, &c. Di-
 lecti, & fideles, &c. Ex Consiliario nostro au-
 lico & militari, Iohanne Küttnero à Küriz,
 pluribus intelligetis, qua via Gen. de Werth
 perfidus & perjurus in nos factus sit, & quas-
 dam jam legiones secum abduxerit. Quapro-
 pter, & sicut 10000. Imperiales ei daturus,
 qui personam ejus vel vivam vel mortuam no-
 bis traditurus sit; & in primipilares adhaeren-
 tium, quemlibet eorum, 1000. Imperiales pol-
 liciti sumus: ita vestrum erit, ut id per Præfe-
 ctos & alios, in provinciis nostris superioris
 Palatinatus, publicetur. Atque id eò magis,
 quòd Werthius, cum adherentibus suis, non
 tantummodò regiones nostras devastaturum:
 verùm etiam personam nostram, nostrorumq.
 Consiliariorum primariorum, vel vivas vel*

mora

Julius,
Anno
1647.

morenas in potestatem suam se redacturum, perfido ausu palam professus sit. Quam eandem publicationem, Gen. vigiliarum Praefecto Truckmüllero, inter eos, quos sua directioni subiectos habet, sive equites sive pedites sint, eidem faciendam injunximus. Debetis etiam fundum Bodenstenianum omni procul mora, vestro iterum dominio adijcere, Administratos Werthianos, traditis vobis, vel vestris deputatis, antea omnibus mobilibus & documentis, officis suis dimittere, & alios viros idoneos, previo juramento, in eorum locum surrogare: quovè modo unum atque alterum executi fueritis, celeriter ad nos referre. In quo voluntatem nostram perficitis. Monachij 4. Julij, 1647.

Maximilianus.

Alterum epistolium ad Praesidem Praesidii Augustani, Dominum tribunum Franciscum Royerum, hoc tenore exaratum fuit.

DEI gratia, Maximilianus, Dux superioris & inferioris Bavariae, Sac. Rom. Imperii Archidapifer & Elector, &c.

Salutem, Nobilis, dilecte & fidelis, &c.
Postquam Tribunus Crucius cum sua legione sclopetariorum equestrium jussu perjuri de Werth (etsi transmissa nobis ordinatione eius, fidem

fidem & devotionem se praestitutum, & literis, Julius
 & per aliquem ad nos amandatum Centurio- Anno
 nem, ore tenus promiserit; at tamen: perfide de- 1647.
 fecerit, atque Pro-tribunum Lichtenaviuum,
 quem ad illum ablegavimus, vidneraverit, &
 ut peditem secum ambulare oportuerit, coege-
 rit; equos praeterea toto circa Aichiam millia-
 ri, abduxerit, instructum vis suos, qui opus ha-
 beat, & Ratisbonam se contulerit: intellecto non,
 quod Augusta Vindellicorum quadam mobi-
 lia, cum rebus aliis, deposuerit: mandamus
 tibi clementissime, ut ea illico arresto detinen-
 da cures, & si forte ab ipso, vel legione ejus, vel
 milites velequi, vel ipse Crucius quoque, Au-
 gustam perveniat, eos diligenter custodiendos
 ordines, & id ad nos perscribas. Interim ut ne
 minimum quidem cuiquam inde cedatur, se-
 dulo effcito: quapropter ut id sub portis explo-
 retur, viam aliquam dispicies. In hoc exequeris
 voluntatem nostram: de caetero tibi gratiose
 addicti manemus, Monachij 5. Iulij, 1647.

Ex speciali mandato Serenissimi Do-
 mini Electoris.

C. Amon.
 m. p.

Interim Consiliarius bellicus Kittnerus
 ad Dn. VVrangelum; filius autem
 eius ad Dn. Tutennium amandatus
 fuit, exculpatum haec omnia, & quod
 inni-

Julius.

Anno

1647.

*Cæsareani**contra Sue-**cicos movēt**¶ Falcke-**naviam**capunt.*

invito Electore, eoque nolente
fiant, significatum.

Cum S. Cæsarea Majestas, versus E-
gram, in itinere esset, cis Pilsenam V Ver-
thius, & Sporccius ad suam Majestatem
pervenerunt. Ibi Dn. Comes ab Holz-
apffel in Campi-Marescallum Con-
silio Militaris exercitui agnoscendus &
venerandus denominantur. V Verthius
summus equitum Præfectus, Sporccius
Vicarius Campi-Marescalli, creatus fuit.
Qui Egram ut obsidione eximerent, omni
opere nisi, oportere anteriores turmæ,
cum 3. machinis, ad id significandum tran-
situm superarunt, quas exercitus secutus.
At comperto quod civitas 17. 7. hujus,
transactionem inierit, Cæsareani versus
Schlackevvaldiam remearunt. 15. 25. Julij
totus exercitus, duobus stipendiis men-
struis acceptis, Falkenaviæ arci signa ad-
movit. Veneris 26. 16. huius, Matutino
tempore, per bihorium, eam tormentis
insectatus, Capitaneum, quem Gen. V Vit-
bergius loco custodiendo dederat, ut
transactionum de abitu iniret, compulit:
Itaque eadem adhuc die Culmiam petiit:
Sabbathi per sylvas apud pagum Neheniz
castra fixit, ubi Gen Holzapffelius aciem
instruxit, & ita exercitum urbi admorit:
Sveci-

Suecicis præter opinionem Cæsareano-
 rum, ultra Egram confidentibus, mon-
 temque furcarum, & alium quempiam
 editiorem locum in suum commodum
 conservantibus. Inde exercitus Cæsareus
 usque ad transitum Egræ processit, ubi u-
 trinque dislosionibus fulminatum. So-
 lis. 28. 18. hujus summo mane, Gen. de
 VVerth, alâ finistrâ, non attento, quâ ve-
 hementia Suecicorum muralia in se deto-
 narent, Egrâ fluvium trajiciens rectâ in Sueci-
 cos tendit. Ii, tati acie sibi confligendum,
 copias suas ex monte patibulari in plani-
 tiem collocârunt, & ad prælium ineundum
 sese accinxerunt: interim autem Dn. Gen.
 Holxapffelius, alâ dextrâ, & quibusdam
 tormentis montem occupabat, infestatis
 inde hostibus, id quod etiam Suecici fe-
 cerunt. In quâ præliandi occasione, quæ 29.
 19. Julii factâ, Dn. Gen. VVerthius glo-
 bo, duas (vel juxta alios sex) libras æquam
 te, fronte tactus, sanguinem stillavit.

Ejusdem diei vesperâ S. Cæsarea Ma-
 jestas, in radice montis, in prædio quodam
 hospitium tenuit, 1^z, propemodum horis
 post, hostilis turma 100. virorum, in ca-
 stris classicum excitavit, quæ quidem facile
 retroacta fuit. At 30. 20. Julii, sub exortu
 diei Dn. tribunus V Vrangelius quibusdam
 phalan-

Augustus

Anno

1647.

*Suecici con-**tra Hassp-**rium Cæsa-**ris saluta-*

Augustus
Anno
1647.

phalangibus alæ dextræ, Egram trajiciens
pleno furore extremas excubias sinistræ
alæ Cæsareæ adortus, eas loco movit: po-
stea 3. legionibus, videlicet Duglassiana,
Fritzlebiana, & Polæana, quæ in priori ex-
ercitus parte steterant, Croatarum & di-
macharum: reliquis autem ipsius Cæsaris
stationem principalem aggressus est, duas
cohortes Lövenstainianas Legionis præ-
torianæ, loco dejecit, & signum equestre
rapuit. Hæ Suecicorum copiæ usque ad
ponticulum aræ, ubi ipse Cæsar diver-
satus, adeò inopinò advolarunt, ut digno-
sci nullatenus potuerint, tubicinibus ea-
rum ordinarias proficiscendi modulos 4.
taratantarantibus, donec in Cæsareanos
sclopeta exonerarint: unde facile liquet,
quo in periculo Majestas sua constituta
fuerit. Postquam autem tribunus Löwen-
steinianus cum residuis 8. cohortibus suæ
legionis celeriter sese expedivit, iis in oc-
cursum eorum prorupit, & primum qui-
dem displodendi impetum perpeffus, sta-
tim (adjutoribus Croatis & Dimachis,
qui terga hostium involarunt,) tanta
vi in prælium ruit, ut 300. (quod ex ca-
stris Cæsareis ad Egram 2. Augusti. 3. Ju-
lii perscriptum.) potissimam partem de-
lecti, reliqui vulnerati & capti fuerint: In-
nuen-

auctore id ipsorum indice, quem Suecici Augustus
 transmiserunt, exploratum qui ex iis adhuc Anno
 in vivis sint. Inter captivos protribunus 1647
 quidam ex familia Horniana, inter occi-
 sos multi Officiarii fuerunt, cum primis tri-
 bunus Ente & protribunus legionis Frisle-
 bianæ: ubi etiam finito prælio, quod captum
 ante vexillum erat, repertum est, ut Wran-
 gelius cum suis vix Egram transire potuerit.
 Cæsareani ajunt, se non plures uno equi-
 tum magistro Croatico & triginta grega-
 rios amisisse; sed Suecorum literæ de da-
 to 28. Julii & 7. Augusti, ex castris datæ,
 perhibent, tres illorum legiones omninò
 in castra Cæsarea, & usque ad capitalem
 vigilum stationem, quæ ante ipsius Cæsaris
 hospitium posita, penetrasse, ex quo terri-
 bilis castrorum commotio exorta, & tres
 equites Suecicos jam scalas hospitii Cæsa-
 rei ascensuros fuisse, quorum unus ab ex-
 cubitoribus globo interfectus fuerit; & re-
 liqua, quæ brevitatis causa omittimus.

Exercitu Cæsareo undecim diebus circa Egram hærente, emergente annonæ defe-
 ctu, 29. Augusti Falconaviam & Elnbo-
 giam profectus est. Inde Pilsenam castra
 traducta, ubi Cæsar commoratus, Tausco-
 viæ autem statio primaria defixa fuit. Post-
 ea 2. 12. Augusti etiam Suecici locum mu-
 tarunt,

*Verique
 loco cadunt;*

H

carunt,

Augustus
Anno
1647.

tarunt, Planæ statione sua firmata. Huc
Cæsar 8. 18. Augusti movens, arcem Tribelam suæ potestatis fecit, & inter Tribelam & Planam castra ex parte una intercisis arboribus ex altera ejectis aggeribus munienda mandavit. 11. 21. Augusti (quo die 200. *fl. et u.* tormentorum iactus ex 50 dimidiatis muralibus in castra Cæsarea facti:) cum Cæsareani inclinante die, duas Suecicorum machinas, sex librarum sphaeras eiaculantes, quas in parva quadam munitione, centum sclopetiferis firmata, aliquantum remotius à castris habuerant, rapuissent, & Suecici 12. 22. Augusti tria munimenta versus Cæsareanorum castra coacervassent, iisque & milite & tormentis instructis, castra sua propius ad ea producturi essent; Cæsareani sub imperio Comitis Montecuculani & Dn. Joh. de V Verth (qui die isthac summo mane, antequam phæbæa lampas orbem collustraret, 8000. equitibus, 10000. pedibus, & 8. minoribus machinis, ad pertentandam aliquam irruptionem egressus, eâ castrorum mutationem hoc modo prohibuerunt: Inter utriusque partis castra in valle & virgultis, usque ad meridiem subsistebant, unde improvisò in Suecicos irruentes, illorum excubias anteriores, quæ in quinque legionibus consistebant; (putà V Vit-

Augustus
Anno
1647.

V Vittebergica, Palatina, Kinskia, V Vran-
geliana & Penziana) recta involarunt, &
loco cedere adegerunt, summo ausu co-
nantes, num munimenta occupare pos-
sint. Sed cum praesidarii magna virtute
pugnarent, proposito cesserunt. Exorto
autem interim in Suecicorum castris clas-
sico, aliquot turmae celeriter in suorum au-
xilium adproperantes praelium inierunt,
varia partium commixtione, quarum iam
alia atque alia exuperare visa. Dum ergo
id concertationis in duas usque horas ex-
cresceret, Suecicis interim tormenta sua,
quae ex munimentis extraxerant, in campo
collocantibus, eorum vehementia Cæsa-
reani adacti, paulatim terga dederunt.
quorum Suecici vestigia legentes, multis
ex iis mactatis, compulerunt, ut ad copias
pedestres, quae explicata acie in valle sta-
bant, fugam ceperint. Peditum quidem
ordo in dispersones solutus, sublimius fe-
re collimabat, quam ut ullum Suecicis in-
de damnum obveniri potuerit. Id factum
Jovis 12. 22. Augusti apud Tribelam ar-
cem. Indicem occisorum, ex literis quas
Dn. Generalis Campi-Marescallus V Vran-
gelius 14. 24. Augusti ex castris apud Tri-
belam dedit, absque affectu excerptimus.
Et fuerunt inter occisos, Dn. Gen. Maior

H & V Vran-

Julius & VVrangelius (qui latus dextrum globo
 Augustus trajectus fuit, ut aliquem manu vocaverit,
 Anno qui se equo levatum pilento imponat, quo
 1647. vulnere ea adhuc nocte animam Deo red-
 didit:) porro 1. protribunus. 2. Maiores, 7.
 equitum magistri, & Capitanei, 1. designa-
 tor hospitiorum, 3. locumtenentes, 7. si-
 gniferi, 15. ordinum ductores, 1. substitu-
 tus signiferi, 117. equites. Inter vulneratos:
 Tribunus Rabijs, tres Maiores, 6. equitum
 magistri, 1. Vicarius Capitanei, 8. locum-
 tenentes, 10. vexillarii equestres. 2. hospi-
 tiorum inscribendorum magistri. 11. or-
 dinum ductores. 2. tubicines. 189. equites.
 Amisla 13. signa equestria. Alioquin alle-
 gata copia refert, etiam Cæsareanos non
 levius damnum passos; quorum perquam
 multi in loco pugnae inventi fuerint, ex
 quibus ultra centum terræ mandandos or-
 dinaverit. Inter occisos, hoc quidem tem-
 pore, non plures Officiarios, nisi 2. protri-
 bunos agnitos esse; sed quia hostes ad suos
 colligendos sat temporis habuerint, facile
 iudicatu, primarios statim abductos; & esse
 rumorem de Trauditio & Lanavio. Captos
 paucos esse, & inter eos protribunum
 quendam, qui Comes à Golniz sit, unum-
 que vigiliarum Præfectum, cum quibus-
 dam aliis Officiariis. Ex suis non plures ab
 hosti-

hostibus captos sciri, nisi 2. equitum magistrōs ; sed quos pars hæc vel illa inter pugnandum offenderit, maximam partem neci dedisse. Qui ex hostium Officiariis vulnerati sint, nec illud sciri posse ; minus tamen dubio, cum acerba concertatio fuerit, non pauciores fore. Ex suo exercitu non plures, nisi quasdam legiones, ex ala dextra, & eius ordinis subsidiatores, cum parte aliqua ex Dn. Gen. rei armamentarię Præfetti legionibus, prælio interfuisse. Hostem præ Suecicis hoc commodo usum, quod ad præliandum præparare se potuerit, suos ex improvise & celeriter rem gerere oportuisse. Hostium symbolum fuisse, JESUS CHRISTUS ; suos tempore exclusos, ut aliquid distribuant, non potuisse. Hactenus copia literarum à Dn. Generali VVrange-lio 14. 24. Augusti perscriptarum. De hac expeditione, & quid Suecorum hic primarius exercitus, pugnando & expugnando effecerit, quæve itinera hactenus emensus fuerit, non solum peculiaris libellus, de anno 1633. usq; ad annum 1646. sed etiam de omnibus Regum, Electorum & Principum protestantium, ut & Regis Galliæ toto hoc bello Suecico, ab anno 1630. usque ad annum 1647. in arenam productis copiis, Historia Exercituum Georgii En-

Julius
&
Augustus
Anno
1647.

Martius. gelsus / libellus, suo lectore dignus, typis
Anno excusus prostat, quo ingenuum Dominum
1647. lectorem ulterioris informationis gratia
ablegatum volumus.

*Varia, ir-
ruptiones,
spoliatio-
nes, trans-
actiones, &
i.*

De irruptionibus, expoliationibus,
transactionibus, muneribus, duellis & id
genus aliis, ordinem temporis servabimus.
1. Medio Martio Suecici praesidarii Min-
delheimenses mercatores Augustanos,
mundinas Landsbergenses frequentatu-
tos, omnino expoliarunt, magno illis illa-
to detrimento, 2. Iisdem diebus Sueco-
rum excussores aliquot currus, & 80. ho-
mines, Vienna Brunnam profecturos, ad-
orti sunt, ex quibus 6. trucidarunt, mul-
tisque vulneratis aliquot millium florea-
rum praedam fecerunt. 3. Equitum ma-
gister praesidii Olmütienfis, Forcellius di-
ctus, comperto quod 6. legiones Cæsa-
reanae per Bohemiam in Moraviam sece-
dant, sese ibidem redintegraturæ, 10.
Martii remeò certius expiscatum, egressus
verlus Brunnam ac Raditium Ungaricum
viam flexit, ubi medio à Raditio milliari, in-
quendam equitum magistrum, 40. equos
ex legione Schneideriana ducentem, inci-
dit, qui ultra quinque millia imperialium,
ad supplendam Gen. vigilum praefecti So-
visii legionem, pertinentia, Brunnam con-
ducere

ducere debebat. In eum irruens & du. Martius.
 ctorem & vicarium & quæstorem cum Anno
 quodam inscriptore furario & 20. grega- 1647.
 riis Olmutiū captivos attulit, reliquos po-
 ttiorem sui partem trajecit, ut pauci evale-
 rint. Apud illas pecunias etiam arcula
 quapiam reperta, rebus pretiosis repleta,
 quæ ad aliquam Comitissam V Vallachicā
 spectabat. 4. 25. Martii, antequam dies
 illuxit, Hassiacus tribunus Güntherus op-
 pido Cronberga sua arbitrii facto ibi hos-
 pitii usus est, & munitiones congeffit. 5.
 8. 18. Aprilis sub noctem. 70. ex præfidiariis
 Gernsheimensibus, una cum centum
 bombardiferis Franckenthaliensibus, du-
 ctore quodam capitanei vicario Gernshei-
 mensi, cui loci situs cognitus, in 4. cohortes
 Gallorum equestres, quæ una cum sta-
 tu illius legionis Zvvingenbergii habita-
 cula usurpabant, irruerunt, & multis tra-
 jectis, unum equitum præfectum, 2. Locū-
 tenentes, 1. signiferum. 1. inscribendo-
 rum hospitiorum magistrum, 1. ordinum
 ductorem, & 20. gregarios captivos abdu-
 xerunt, 174. equis, & quibusdam vestimen-
 tis argento & id genus in prædam acceptis.
 6. mense hoc Elector Moguntinus cū Co-
 mite Hannoveriæ super Præfecturā Boben-
 husiana transegit, quæ 17. 27. Aprilis, Co-
 mici

Maius.
Anno
1647.

miti homagium præstitit, & ab eo 30. militibus Hannovicis, munita fuerit. Electorales, quorum 110. fuerunt, & Asciburgium abire debuerant, à Vinariensibus apud Selingenstadium plerique iugulati sunt. 7. Lutetiæ de dato 8. Maii scribitur mente hoc legatum Danicum extraordinarium perfecto audientiæ actu, regi cornu Monocerotis, duobus vel tribus digitis pedum longius, quam quod ad sanctum Dionysium ostenditur, cum nobilissima quadam gēma, muneri obtulisse. 8. Sub ingressum Maii cohors quæpiam Hinsberga exiens, cū præsidio in *Burg* vices commutatura, à tribus phalangibus Hassiacorum inferiorum comprehensa fuit, ex qua tribus interfectis, reliqui omnes circiter 80. viri Novesium captivi introducti: Capitaneus ipse difficulter Coloniam evasit. 9. Forcellius, hoc iterum mense benigna fortuna usus, is cum lunæ 10. 20. Maii ex Olmutio versus Austriam viam carperet, isthuc locorū cohortem aliquam invasurus, præter spem 2. milliaribus post Brunnam, apud arcem Selobitiam, quæ Cæsareano præsidio infesta Gen. Campi Marecalli Locumtenentem Saradezskium cum 50. equitibus, 2. equitum magistris & ipsorum uxoribus aliisque mulieribus ostendit. Ex quibus equites dis-

iecit.

iecit, & in fugam egit. Etsi autem maior **Maius.**
 pars in arcem Sclobiriam elapsa fuerit, ta- **Anno**
 men petoritum cum foeminis, & 15. capti- **1647.**
 vos, ut & aliquot viginti equos ephippiis
 instructos Olmutio intulerunt. Saradez-
 kii uxor equo defiliens à duobus stipatori-
 bus per aquam portari se iubens, manus
 victorum sefellit, alioquin hosti cum mari-
 to præda futura, cuius pileus cum crista
 & gladio pectus iuit. 10. 6. 16. Maii pars
 quædam prædiariorum Lignitiensium
 circiter 120. equis æstimari, ductore quo-
 dam vicario (qui vulgò cæcus Valenti-
 nus, sive *der Blinde Betsen* dictus) præ-
 datum excurrens, in Neuwaldensle-
 biam, ubi tribunus Dannenbergius cum
 2. turmis equitum hospitia colebat, celeri-
 ter involat, & quisquis obviam factus, ipsū
 etiam tribunum traiecit, postmodum quo-
 que tribunū Frölichium itinere suo, quod
 in Megapolim instituerat, cum uxore & li-
 beris captivum nactus, ita 2. cohortes e-
 questres annihilavit. 11. 14. huius Sue-
 cicus quippiam manipulus pro tribunum
 Springbülum, cum 24. equitibus in pro-
 ximo pagi, cui Flota nomen, incessit, cepit,
 abduxit. 12. Sub egressum Maii alius in Mi-
 snia Suecicorum manipulus, tribunū Feld-
 hoferum, cum aliis 4. eius affeclis, ex quo-

H 5

dam

Aprilis.
Anno
1647.

dam hospitio VVifenthalii, captivum ab-
ripuit. 13. 5. Junii, stylo Gregor. ex præsi-
dio Mastricensi 600. equites & 900. pedi-
tes egressi, VVaveram, non procul Bruxel-
lis sitam, propter denegatum contribuendi officium, obruentes, locum & dispoliarunt,
& subiecto igne vel 70. vel 80. domos de-
leverunt, ubi excrefcens flamma etiam mul-
tos homines & pecudes, quosdam etiam
Gallos, prædæ inquirendæ appetentiores,
quam vitæ eripiendæ curiosos, exussit: ex
rusticis, qui fortiter restiterunt, 10. vel 12.
ex Gallis autem ultra 40. globis transver-
berati sunt. 14. Præterito Maio Comes Hã-
noviæ, cum prioris Comititis relicta vidua,
principe Anhaltina, magnis festivitibus
nuptias celebravit. 15. 10. Junii hora 10.
antemeridiana Dn. Comes à Trautmans-
dorff, in ædibus suis, præsentibus plenipo-
tentiariis Hispanicis & Burgundiacis Dn. Co-
mitem Nassovium, Cæsareæ Consiliariis
secretiorem & ad tractatus Monasteriense
& Osnabruccenses deputatum Legatum,
aureo vellere investivit. 16. Veneris 14. 4.
Junii Pofonii Cæsaris filia Dn. Dn. Maria
Anna, Regi Hispaniæ desponsata, eique
sponsi nomine, annulus per Legatum Hi-
spanicum datus fuit. Secuta nocte inter
10. & 11. artificium pyrobolarium exhi-
bitum

birum, cui exonerata tormenta gravi **Maius.**
 boatu commurmuravit. 17. In Silesia, **Anno**
 post abitum copiarum Wittebergensium **1647.**
 de quibus superius, Comes Warbius, cum
 200. equitibus Oderam transit, expressū
 severius contributionem; eum Lunæ 14.
 24. Junii tribunus Quastius ex magna
 Gloggovia, prope Schlebano offendit, &
 copias in cōfutionem adegit, ita ut Comes
 ipse difficulter elapsus fuerit: ex phalan-
 gibuseius 2. equitum magistros, 2. locum-
 tenentes, 2. Signiferos, 2. signiferos refor-
 matos, 1. vigilum magistrum, 2. tubicines
 3. ordinum ductores, cum quinquaginta &
 pluribus gregariis, præter eos, qui mortem
 obierunt, captivos abduxit. 18. finito actu
 coronationis Ungaricæ, de quo itidem su-
 perius; Cæsar Paulo Palfio Comiti, dona-
 tionem Comitatus Presburgensis, à Rudol-
 pho 2. eius parenti solū in filium & ne-
 potem (servata tamē civitate & arce) facta
 in descendentes sexus virilis & extendit &
 confirmavit. 19. Pragæ singularis casus
 evenit. Cum enim solis 20. 30. Junii in-
 ter alios etiam Dn. Gen. rei armamenta-
 riæ Præfectus Goltshius, & omnes Pappē-
 heimius, apud Dn. Gen. Campi. Marescal-
 lum Colloredum in prandio essent, ex col-
 loquio de Gen. Maiore Sperreutero, in 112

Julius.
Anno
1647.

xam exardescentes, Pappenheimius Dn. Golzium ad duellum, duobus sclopetisequestribus absolvendum, provocavit. Etsi ergo Colloredus actutum portatum excubitoribus iniunxerit, ne quem exire parentur; attamen Pappenheimius cum Christophoro à VValdstein, porta Strohofiana, Goltshius autem dimidia post hora cum Dn. Chabelizkio, cum porta non posset, per munitiones egressus est; ubi non ita procul arce, ante portam pulverulentam (*Staubpforten*) invicem sibi obviam facti sunt. Ibi VValdsteinius ad Golzium adequitans, ipsi duellum obnunciat; sed Pappenheimius non expectato responso, quam celerrimè equo in Golzium investus sclopetum dissolvit, quem tamen ictus fefellit. Ideo alter alterum aggressus, sclopetata simul & intendunt & displodunt. Pappenheimius quidem, cum duos ictus accepisset, fugam arripiens vix centum passus procedere potuit, ubi mortuus ex equo decidit, (globus enim dextrum brachium & præcordia penetraverat.) Golzius autem lævam manum & equus eius collum traiectus fuit, ex quo equus statim in terram procidit. Et tali quidè modo Pappenheimius, qui suæ familiæ postremus, in gloriam mortem obierit. 20. die 25. Junii Brugis in Flan-

Flandria, ubi iam Hispanorum status militiæ maritimæ generalis residet, ut antehac Dunkerckæ factum, per 3. tubicines & 2. Anno tympanistas armistitium sive cessatio hostilitatum inter Hispanos & Batavos publicatum, 21. Sub ingressum Julii cum duo Cæsareani tribuni Gözius & Holzapffelius cū 400. militibus Düsseldorffii Rhenum transitori essent, Hassiaci ex Novesio & Kemda eos in via præstolati sunt, ubi inito conflictu Gözius cum 100. gregariis trucidatus, tribunus Holzapffelius autem cum 200. gregariis Novesium captivus abductus fuit. 22. Quarta Julii, accedente vespera Hagæ-Comitis pax cum Hispanis, unanimi omnium confœderatarum Provinciarum consensu conclusa, & solenniter confirmata fuit. 23. 8. 18. eiusdem, cum Protribunus Quastius, cum phalange sua ex Javera versus Lignitium iter faceret, Maior Thomas, & Petrus, equitum ductor, cum cohortibus suis ex Olsia & Olavia, ut & 200. bombardiferi ex Gloggovio maiori, cum eo coniunctionem inierunt, & 9. 19. huius tempore antemeridiano messem Lignitiensium pestum dederunt. Eos abactū equites voluntarii egressi, ductore cæco Valentino, de quo etiam paulò superius, prælio decertarunt. At postquam Valentinus

Augustus
Anno
1647.

tinus duos globorum ictus accepisset, relictis multis captivis, in civitatem fugam arripuerunt. Eos secuti Suecici, frumenta, quæ civitati proximiora, igne exusserunt; quæ autem iam resecta, tribulis expicarunt, & Javeram abduxerunt. 24. S. Cæs. Maestas à Duce Saxoniae, Electoris filio, in comitrem lecta, nomine suo Ducem Saxoniae Inferioris, Henricum Julium Lauenburgicum, Dresdam ablegaverat. Postquam autem is, cum coniuge sua, & Præside Camerae, Comite à Bercka, inter Schlackenvertham & Pragam, in itinere esset, prope oppidum Poderfamium 50. equites eos praestolati sunt, qui priores adorti, quatuor, & inter eos etiam Judæum Löserum, qui aliquot millium summam secum comportabat, traiecerunt. 25. Sic etiam praesidium Iglaviense, equitum quendam ductorem, legionis Lüttichianæ, qui in Cislaviensi Circulo contributionem expresserat, cum quibusdam equitibus, & 1100. florenis paratæ pecuniæ Kuttenbergam captivum abduxit. Nec minus praesidium Greiffensteinianum, paulo antè ex eodè oppido 400. Imperiales in tributum solutos, asportavit. 26. Septima Augusti Ratificatoria ex Suecia super armistitio Ulmensi Monachii appulit. 27. Postquam etiam cum Electore Colo-

Coloniensi non actum, prout legibus neutralitatis consentaneum fuerat; neq; contributionis allevatio concessa; idcirco armistitio renuntiavit, copiis suis cum Gener. Lamboio coniunctis, qui 6. vel 7000. robore vel Königsmarccio, qui cum suis & Hassiacis, sub Gen. Mai. Rabenhaupt, adiunctis quoque Vinariensibus, Padebornam circumfessurus erat, sese opponere, vel eum alio avertere secum constituerat.

28. Solis 15.25. Aug. 2. pomerid. Süssenbronnæ, quæ unius duntaxat horulæ digressu à Viennensium civitate abest, Comiti à Losenstein subiecta, 20. equites Suecici ex Olmutiensi præsidio, & Præfectum & aulæ Magistrum captivitati manciparunt. Tantum de his.

Augustus
Anno
1647.

Riga Livonum perscribitur, in Finnonia *Damna ex fulminibus, incendis, exundationibus.* tempore natalitio quinque præcipua flumina, contra naturam cursum stitisse, & quæ antè deorsum fluxerant, ita exaruisse, ut sicco pede huc illuc trāsire licuerit. 2. In Aprilis & Moscovia hoc anno merfis ex glacie diversis mercatorum navibus, 300000. florenorum damnum obrigisse. 3. Vistulam intantum ebullisse, ut intra decendium neq; ex mari Gedanum intrare, neque Gedano in mare abire naves potuerint. 4. Decima nona Aprilis N. C. Viennæ duo monetarii obrun-

Aprilis
Majus,
&
Junius.
Anno
1647.

obtruncati & flammis subiecti sunt. 5. Adulto mense hoc, Witlichii, quod ad Mosellam in Electoratu Trevirensi oppidum est, mola pulveris nitrati incendio correpta fuit, ex quo arx, templum, & propemodum tota civitas conflagravit. 6. Ad 16. 26. huius, sub noctem, Pragæ in nova civitate, apud SS. Petrum & Paulum, per incuriam 7. domus exustæ. 7. Centum personæ, itinere religioso Mediolanum ad S. clavum profecturæ, in lacu maiore, ut vocant, miserè perierunt. 8. Mense Maio, & aliquo ab hinc tempore, in Marchia nova Brandenburgensi, plures civitates in favillas redactæ, videlicet Landsberga & Fridberga, nec ita dudum etiam oppidum Nurenberg, quod exceptis paucis quibusdam domibus totum Vulcano cessit. 9. Tum & in Polonia 4. conterminæ civitates, utpote Fronnicium, Sompterum, Polonicum Neustadium, & Polonica mola ferraria, paucis septimanis, partim totæ, partim ex dimidio, flammis exustæ. 10. Quod Posonii 5. Junii S. N. tam intra quam extra civitatem ultra 100. domus, 34. homines, cum plurimis iisque generosioribus equis & aliis pecudibus, omnia etiam ligna ante civitatem apud fluvium coniecta, cum horreo civitatis, multisque viridariis, & nobiliorum æstivis

stivis domiciliis, incendio correpta, super-
 rius pag. 50. admonuimus. Postea cum 7. & Majus
 eiusdem de novo Vulcanus triumpharet, Junius.
 non vana opinio fuit, id incendium mali- Anno
 tia fieri. Hinc Cæsar vitandi fætoris gra- 1647.
 tia, in arcem aliquam, 3. milliaribus Poso-
 nio distantem se subduxit, eam ob causam
 coronatio in aliquot dierum spatium prolo-
 gata fuit. 11. Mercurii 5. Junii S. N. in op-
 pido Dalem, quod in Ducatu Iuliacensi si-
 tum, decima antemeridiana exortum in-
 cendium ita sæviit, ut oppidum, unica tan-
 tum porta excepta, & tenui quapiam domun-
 cula, in univèrsum, cum cœnobio monia-
 lium, Curia, portis, multisque hominibus
 & pecudibus, duarum vel trium horarum
 spatio miserandum in modum conflagra-
 rit. 12. In civitate Calcaria, quæ in Ducatu
 Cliviensi sita, 1. Maii exustio accidit, qua
 sufflante Æolo, paucis horis, multa ædificia
 concremata sunt. 13. In regno Sueciæ 17.
 Junii ingentia Tonitrua, pluribus locis, &
 vibratis fulminum ictibus, & excitatis in-
 cendiis, ædificiis grave damnum dederunt.
 14. præterito Maio Neapoli ingens quæ-
 piam navis Hispanica, cum 150. militibus
 & omnibus remigibus, magnaque copia
 commeatus, & tormentarii & annonarii,
 Orbitellum avehenda, una cum 600000.

I

Coro

Julius & Augustus
 Anno 1647. Coronatis, quæ ex dimidio ad Regem Hi-
 spaniæ spectabant, ex dimidio à Prorege
 illata erant, uno memento aera petiit. Ca-
 pitaneus eius, nomine Mattolosius, Nea-
 poli in templo S. Crucis sepultus, sed Scha-
 rampius Eques, tanquam Navarchus illius
 tritremis, aliique plures, ob suspicionem
 suppositæ flammæ, in carceres ire iussi sunt.
 15. Nascente Iulio, fulgetra apud Hafniam
 Daniæ navem quandam Batavicam, lino
 onustam, incenderunt, ex quo omnino
 periit. 16. Rothschildia in Dania 160. do-
 mus exusta. 17. circa 23. Julii fulmina Vi-
 ennam diversis locis tetigerunt, ut inde S.
 Stephani turris, & adiacentia ædificia cum
 hominibus quibusdam, non indemnes fu-
 erint. 18. Paulo antè circa Cremfirium,
 quod non ita procul Olmutio distat, horri-
 bilis tempestas sæviit, ex qua grando aves
 in aëre, armenta in agris, feras in sylvis, pis-
 ces in fluviis, exanimavit; lupi devoratum
 homines sylvas reliquerunt, arbores malè
 mutilatæ, & multa ædificia ad terram deie-
 cta sunt. 19. Eiusmodi etiam tempestas
 Wasserburgii in Bavaria turrim pulveris
 nitrati tetigit, ex qua tonnæ quædam sub-
 volantes vicinis ædificiis magnodetrimen-
 to fuerunt. 20. Præcipuè autem præsentem
 mense Bremensis civitas ex eiusmodi tem-
 pestate

pestate, irreparabile damnum accepit. Ibi Augustus
 enim 5. Augusti, quarta pomeridiana, tur- Anno
 ris pulveraria, quæ domui, vulgò **das** 1647.
Zuchthaus dicta, proxima, celo tacta, hor-
 ribili fragore dirupit. Hinc plures quam
 sexcentæ domus excisæ. Ad S. Stephanum
 murus undiquaque perruptus. Duæ molæ
 alatæ, quæ non procul distabant, ingenti
 damno affectæ: homines mortem passi 30.
 vel 40. vulnerati 200. Murus turris eius
 pedes crassa erat octodecim: rectum quò
 in cacumen exhibat, ære Cyprio seu cupro
 obductum. 21. Stralsundæ 20. Augusti iti-
 dem hora 4. pomeridiana cacumen turris
 S. Mariæ incensum, quod 4. horis flagra-
 vit, serpente incendio donec omnis inte-
 rior structura lignea exusta fuerit. 22. Men-
 se hoc Augusto fluvii, qui se in Danubium
 effundunt, præcipuè Lycus, Itara, Salza &
 Oenus imbrium copia, & nivibus ex al-
 pibus defluentibus, ita exundarunt, ut
 eiusmodi aquarum vis hominum memo-
 riam excedat, & peregrè nemo ire potuerit.
 Hinc naves Lintzii ad portas actæ fuerunt,
 & tabernæ, quæ ad Danubium ædificatæ,
 dimidia sui parte aquis immerfas videre e-
 rat. Quinque iuga à ponte revulsa, & exitus
 civitatis in monte arcis fuit. Apud En-
 cersdorfium navis quædam cum rebus Cæ-
 sareis

Augustus
Anno
1647.

sarcis undis absorpta; dum enim funis primarius dissolvitur, 14. equi in fluctus attracti perierunt, nautæ autem vitam servarunt. Apud ipsum etiam navigium aliquod cum multis hominibus profundo mersum. In civitate Hebræorum Viennensium, unda magnis fluctibus provoluta, ingens damnū intulit, ita ut ex exteriori ponte, qui à lupis nomen gerit, quædam iuga rapuerit.

Et hæc sunt ea, quorum benevolum lectorem hac quidem vice participem fieri voluminus. Non deesset scribendi materies, de dissidio Vinariensis exercitus, & quo modo copias illas circiter 2300. Königsmarccius suæ militiæ adscripserit: itemque de Comitibus & bello Polonico & Britannico: vel, qui ex viris præcellentioribus fatum obierint: sed nos tempori adstringimur, nec tam scribere possumus quæ volumus, quàm quæ numerus foliorum admittit. Hinc etiam non tum operosæ latinæ curam habere licet, quam ut libellus festinetur. Ideoque in iis, quæ hæcenus retulimus, quiescemus; sed tamen promittimus, ea, quæ in præsentis libello necessario (nec per incuriam vel negligentiam, de quo solenniter protestamur) prætereunda fuerunt, futuris nundinis (Deo dante) sedulò nos adiuncturos. Quamobrem

Obrem Dn. lectorem de concedenda venia Augustus
& largienda patientia observanter & ami- Anno
ce rogatum volumus. Si quid erratum, ad 1647.
id, si alicuius momenti fuerit, prævia ad-
monitione, vel corrigendum vel omninò
tollendum, paratos nos offerimus. Alio-
quin omnia documentis sufficienter pro-
bandas recipimus, ita ut ex proprio
nostro nihil additum sit. His
vale & frueri.

F I N I S.

I 3

Eorum



Eorum ,

Quæ in hoc tertio Tomi XXVI. li-
bro relatu digna enumerantur,
Catalogus.

A.

Articuli armistitij, inter regna Gallia Suecia ve, &
Electores Bavaricum & Coloniensem, conciliati,

C.

Cæsar novum exercitum expedit, 43

Comitem ab Holzappel supremum militia

Præfectum creat, 45

Apparatum ordinat, 46

Pragam munit & Pilsenam, nec non Vîennam,
46. & seqq.

Votum quoque nuncupat, & statuam dedicat,
48

Posonio in Bohemiam ad exercitum se confert, 55

Exercitum disponit, ibid.

Cæsarei in succurrenda Egra iusto serius veniunt, 103

Contra Suecos movent, & Falckenaviam ca-
piunt, 110

Sueci contra hospitium Cæsaris salutant, 112

& conflictum ineunt, 114

Christiana classis adversus infideles expeditio, 61

D.

Damna ex fulminibus, incendiis, exundationibus,
127

Deuverdius & Sporckius, Generales, à Bavararo defi-
ciunt, 106

Quod Elector Bavararia agrè accepisse videtur,
107

F.

Ferdinandus IV. coronatur in Regem Hungaria, 49
Gallo.

I N D E X.

G.

G Allorum in Catalonia aduersa fortuna,	79
Lerida seu Ilerda obsidionem deserunt,	82
& causas ad Regem perscribunt,	83
Basseam in obsequium agunt,	84
Dixmudam occupant,	85
& novum aggerem propè Neuportum,	86
Neuportum autem infeliciter obsident,	ibid.
G esta Casareanorum ac Suecicorum ad lacum Podamicum,	91. 92. & seqq.
G esta Hassorum Duobus Generale Mortaignio,	56
Friedbergam intercipit,	ibid.
Reiffenbergam domat,	57
Königsbergam subjugat & Blantkensteinum,	58
Stauffenbergam occupat,	ibid.
Hohensteinum & Caubium expugnat,	59
Castellum Cattorum nudat, cum Palatinatu Rheni,	59. 60
nec non Rheinfelsiam; ubi lethali vulnere sauciatus, paulo post ex eo moritur,	60. & seqq.
G esta Königsmarcciana,	33. & seqq.
Vechtam occupat,	34
Fastenaviam subijcit,	36
Weidenbruceam expugnat,	37
Warendorsium obsidet,	38
G esta Stocholmia & in cetera Suecia,	95. & seqq.
G esta Vinariensis exercitus sub Procomite Turenno,	16. & seqq.
G esta Wittenbergica,	41

H.

H iberna exercitus Casarei,	7. & seqq.
------------------------------------	------------

I.

I nducia inter Carros, Darmstatinos & Cassellanos,	61
I talia status,	72

Iser

I N D E X.

<i>Iter Belgicum Serenissimi Archiducis Austria, Leopoldi Wilhelmi,</i>	19
<i>Ejus devotio & cura,</i>	20
<i>initium bellandi obsidione Armentirij,</i>	22
<i>quam sua potestatis facit,</i>	25
<i>per modum militaris transactionis,</i>	27
<i>Comenium quoque expugnat,</i>	30
<i>& Lensium,</i>	33
<i>His addit Landresium,</i>	87

S.

S <i>editio Panormi, in Sicilia, & Neapoli, in Italia, 73.</i>	
<i>74. & seqq.</i>	
<i>Status Suecorum Castrensis Herbipoli honorifice excipitur,</i>	15
<i>Sueci in Franconiam movent,</i>	10
<i>ubi Schvvinfurtam obsidione cingunt, & devincunt,</i>	II. & seqq.
<i>E Franconia Bohemiam ingrediuntur,</i>	99
<i>Curiam Variscorum in deditonem compellunt,</i>	100
<i>Et Egram postmodum obsidione cingunt,</i>	101
<i>Cui deditonis necessitatem similiter imponunt,</i>	104.

V.

V <i>aria, irruptiones, spoliationes, transactiones, duella, & ejusmodi,</i>	118. & seqq
---	-------------

FINIS INDICIS.

1
2
3
4
5
6
7
8
9
10
11
12
13
14
15
16
17
18
19
20
21
22
23
24
25
26
27
28
29
30
31
32
33
34
35
36
37
38
39
40
41
42
43
44
45
46
47
48
49
50
51
52
53
54
55
56
57
58
59
60
61
62
63
64
65
66
67
68
69
70
71
72
73
74
75
76
77
78
79
80
81
82
83
84
85
86
87
88
89
90
91
92
93
94
95
96
97
98
99
100

[Faint, mostly illegible text within a rectangular border on aged paper. The text is arranged in approximately 20 horizontal lines. Some faint markings and a circular stamp are visible on the right side of the page.]




*Belag: vnd Eroberung des H: Röm: Reichs Stadt Schweinfurt, wie selbige von des Herrn Gener:
Feldtzeugmeister Carl Gustav Wrangels Epell: im Monat Aprill: dieses Jahrs vor genommen vnd auß: geführt worden .1647.*




- 1. S. Iohans Kirch . 17. der Mayn
- 2. H. Geist Kirch . Thurn .
- 3. S. Kilians Kirch . 18. der Neu Brun .
- 4. vnser frauen Kirch . 19. das Narnhaus
- 5. Rathhaus .
- 6. Mayn mühl . A. Schwedische
- 7. Oberthor . Batterien
- 8. Mühl thor . B. Schwedische
- 9. Brücken thor . Reduten .
- 10. Fischer Pfort . C. Faul Wasser .
- 11. Spital thor . D. Fisch behalder .
- 12. Rohte Kappen . E. Spi: holtz .
- 13. Samet thurn . F. Stangen brun .
- 14. Spital Scheurn .
- 15. Zeughaus .
- 16. Schiff brucken .






Beläg: vnd Eroberung der Stadt Eger/ vom 10 (20) Jun: biß 7 (17) Jul: A° j 6 47.







W 5212

(26/28)


ULB Halle

3

007 103 360







Farbkarte #13

B.I.G.



LO-BELGICI
HUSTO Suc-

M I N
LGIO PO-
A QUOQUE,
NIA, UNGARIA,
ncofurtensibus ver-
ales anni ejusdem
m,
RATIONIS

I SEXTI
IUS,

DERO, Ratisponensi.
egio Speciali.

R T I,
ndis Latomi, Anno 1647.

2

